

Habemus igitur ex suprascriptis. optimam resolutionem, quod quando agitur ad poenam legalem infligendam, delictum vnius non tollitur per peccatum alterius, imo cuiusque delictum poena condigna puniri debet, vt in d. l. 2. §. si ex publico: mitior tamen, quam aliis, si pars delictum non committeretur, sed simpliciter delictum vnum esset commissum, vt vidimus.

23 Si vero agatur, civiliter ad separationem thori, & lucrandam dotem, & sic ad particularem utilitatem, & vtrumque delictum non fit, circa idem factum, vt mutuum adulterium mariti, & vxoris circa matrimonium bene tolluntur hac delicta mutua compensatione text. in cap. intelleximus, cum materia de adulter. late Tyber. Decian. vbi supra num. 1. vbi assignat rationem: alius secus, quando delictum versatur, circa diuersa facta, quia tunc non tolluntur mutua compensatione, sed vterque ageat potest pro sua iniuria, vt in nostra specie, & questione de duobus se inuicem iniuriantibus eodem tempore, ita declarat Abb. in d. c. 1. n. 1. de iniuriis, & ibi eius additi, l. 1. d. dicens, quod ista est veritas, & idem Abb. in d. c. intelleximus, n. 5, & ibi quoque Ananias n. 5 & 9. & Abb. in d. c. 1. nos remittit Auendañ in tract. de iniuriis, n. 6. in versic. item & sexto in fine, sequitur Tyber. Dec. vbi supra in l. limit. paulo ante n. 6.

24 Quod si duobus se simul verbis iniuriantibus, non appareat, qui fuerit author, & sic prouocator, neuter tenetur, vt cum Felin. in cap. dilectis de exception. col. 7. ibi tertia declaratio, & cum Ludouic. Roman. in l. cum mulier 31. col. ff. solut. marit. tenet P. Andr. communium opinionum, vbi supra, lib. 9. vol. 1. pag. 525. col. 2. ad finem, per text. in l. sciendum §. cum stramenta, ff. ad l. Aquil.

25 De eo autem, qui prouocatus ab altero ei respondit, Mentiris, etiam cum profectione, saluo honore tuo, late agit Fatnac. d. 3. Thom. quest. 105. n. 310. cum pluribus sequentibus.

SVM MARIVM.

- 1 Iniurians aliquem calore iracundia verbis maioribus de quibus in l. 2. tit. de las injurias lib. 8. noua collect. Reg. an incidat in eius panas n. segg. precipue, n. 9 & 14.
- 3 Leniora sunt ea, que repemino aliquo motu accidunt quam ea, que meditata, preparataque inferuntur.
- 5 Regula quicquid calore iracundia, ff. de regul. iur. intellectus, & num. 10. 13. 15. 16. & 17.
- 6 Iniuriosa verba proferens aduersus alium ea statim reuocans an liberetur ab actione iniuriarum propter calorem iracundia, & numer. 12.
- 7 Penitentia post delictum commissum regulariter non excusat ab accusatione.
- 8 Ira simplex licet maxima, non excusat a paricidio.
- 11 Dicens alicui, Mentiris saluo honore tuo, non liberatur ab actione iniuriarum.
- 18 L. 2. tit. 22. par. 3. intellectus.

De iniuriante alterum calore iracundia.

QUESTIO CXXXIX.

VERO etiam, circa eandem l. 2. tit. 10. de las iniurias, lib. 8. non collect. reg. an obiciens alicui, conuicti causa calore iracundia, verbum quodlibet iniuriosum, de quibus in hac l. 2. incidat in eius poenam, nempé cavendi palinodiam, & soluendi trecentos solidos?

Et non incidere, sed alia mitiori extraordinaria esse puniendum, facit in primis reg. quidquid calore iracundia fit, vel dicitur, non prius relatum est, quam si perseverantia apparuerit in indicium animi fuisse, ff. de regul. iur. l. 2. ibi seu calorem, & c. C. de abolit. & in l. aut facta §. causam ff. de pen. & in cap. si quis iratus, & ibi gloss. 12. quest. 3. & in c. ira 11. quest. 3. est communis & vera, vt plures allegans resoluimus nouissimè Farinac. in 3. tom. sue prax. crim. quest. 9. in princip. num. 1. vbi etiam loquitur in homicidio calore iracundia commisso, vt tunc non sit imponenda pro eo poena ordinaria homicidij aliam mitior arbitrio iudicantis, & num. 33. idem resoluunt; ita concordans opiniones contrarias, quas retulerat.

Secundo quoniam leniora sunt ea, que repemino aliquo motu accidunt, quaeque meditata, preparataque inferuntur, ex Marc. Tulio Cicero officiorum primo, quod in l. 2. de inuentione latius exquirunt, siquidem ea, que in consulto dolore, & furore irae sunt, exculationem habent, cum repente, & sine deliberatione sunt, quia non ex toto voluntaria sunt, nec prorsus malitiae imputantur, sed magis humanae fragilitati, qua propter leuius punienda sunt ex Platone lib. 9. de legib. pag. 7. & breuiter D. Thom. 1. 2. quest. 24. & Abulen. super Matth. cap. 5. quest. 12. agunt Syluest. & Caetan. in suis summis, verbo, rixa, Boer. alios allegans decisionem 168.

Tertio, & prope in terminis, quod si quis dixerit verbum iniuriosum alteri iracundia probata immunis sit a criminis poena, Angel. in l. si non conuictus, num. 6. C. de iniur. Hippolyt. singul. 626. & inquit las. in l. si duo patroni, §. si quis irauerit, et primo post num. 1. ff. de iur. iurand. quod solet communiter dici, vt factum calore iracundia non sit punibile, vel quod saltem (secundum omnes) mitius puniri debeat, Tyber. Dec. in 2. tom. tractatu crimin. cap. 11. num. 9. & optime Decius in d. l. quidquid calore iracundia, num. 6. & 7.

Vbi inquit, quod licet regula illa non habeat locum in delictis, in quibus quis calore iracundia non excusatur, vt in d. l. si non conuictus, C. de iniur. aliis raro propter homicidium esset quis puniendus; quia plerumque, cum iracundia committitur, & quod hoc procedit etiam si maxima sit iracundia, propter quam delinquens alienatus sit à mente: at tamen quamuis ex toto non excusetur ille, qui sic deliquit, poena tamen mitigari debet in delicto commisso iracundia, sequitur plures referens Petr. Duch. in reg. 292. limit. 1. estque frequens Doctorum sententia, secundum Ioann. Yañez, Parlad. lib. 1. rerum quot. cap. 27. num. 39. & ita declarat, & concordat opiniones contrarias, quas in hoc refert Farin.

Farin. vbi supra n. 2. & 3. vbi numeris sequentibus, late hanc regulam declarat, ampliat, & limitat, diximus sup. in quest. praeced. & tenet Iul. Clarus §. iniuria versic. quare quid, & probatur in l. 16. tit. fin. p. 7. cuius verba sunt haec: Oro si dixeron, que lo que el home face, o dize con en condmiento de soña, non deue ser juzgado per firme, antes que se vea, si durara en ella, non se arrepintiendo luego el que se mouio: Pero esto se deue entender, que lo que el home face, o dize con soña o datio, o ha de nuestro de otro, que lo no excusa de la pena, como quer que se in megue de la culpa del yerro, quando el mouimiento de la soña fue con razon.

6 Ex qua l. Regia approbati videtur opinio Angeli vbi sup. & communis existimantis in praemissa specie poenitentiam liberare actione iniuriarum propter calorem iracundia, quando iniuria possit reuocari, prout contingit, si statim in continenti iniurians, antequam recedat ab illo loco, vbi dixit verba iniuriosa versus iniuriam dicit falsum esse quod contra eum dixit, & se poenitere, dixerit, quia reuocatio verborum dictorum, siue ex iracundia, siue ex proposito facit cessare actionem iniuriarum, secus aliis si iniuria reuocari non potest, quod intelligi vno modo potest, scilicet quando reuocatio fit ex intervallo, quia tunc iniuriae poenitentia non prodest, vt constat ex d. l. quicquid calore, ibi prius ratum non est, quam si perseverantia appareat, & c. clarius ex d. l. 16. ibi, Antea que se vea si dura en ello, no se arrepintiendo luego, & c. secund. Angel. & ceteros sup. allegatos & praecipue Thom. Ferrat. cam. 39. in fi. & Petr. Duñas vbi sup. in d. l. limit. versic. & circa hanc, Petrus Greg. in suo synagm. iur. vniuers. 1. part. lib. 3. cap. 5. cum. 6. & alios refert loquens in terminis nostrae l. 2. Petrus Plaza 1. tom. de delictis, cap. 2. num. 19. versic. ipse tamen sic intelligens l. quicquid calore, & plures referens nouissimè Farinac. in suis quest. criminal. 1. part. tit. de delictis, & pan. quest. 20. numer. 59. & idem Farinac. 3. tom. quest. 91. num. 36. vbi alios allegat, vbi quod quando delinquentem non penituit deliquisse, & propterea in delicto perseverat illudque ratificat, tunc etiam quia per iracundiam deliquerit non punitur mitius, & vt praediximus: haec communis sententia approbatur in d. l. p. 16. nihilominus tamen mitior poena tunc imponenda est, vt plerique ex suprascriptis existimant, & probat expresse d. l. 16. in fine, ibi: pero esto se deue entender, & c. & haec in iniuria verbali commissa vera sunt, & recte procedunt iuxta suprad. distinctionem.

7 Ceterum regulariter poenitentia post delictum commissum, puta homicidium, non excusat ab accusatione, vt cum communi resoluunt Iulius Clar. in pract. crim. §. fin. quest. 16. versic. item quare, & quest. 70. versic. sui quandoque, & iterum §. iniuria versic. quare quid, in fin. vbi quod ita in facti contingentia decisum fuit per Curtian Tolof. teste Aufertio decis. 409. item Titius quem refert Manrua, qui idem consuluit consil. 77. lib. 2. eandem distinctionem plures allegans, & exemplificans sequitur Farin. d. quest. 91. num. 31. ad quem locum se remittit, idem author infectus quest. 105. num. 153. vbi & in numeris sequentibus agit infra quantum tempus iniurians debeat poenitere, & excusetur a poena, & num. 154. resoluunt, quod retractatio, seu reuocatio iniuriae debeat fieri omnino per iniuriantem statim antequam recedat a loco, in quo iniuriam protulit, & quod haec videtur esse communior

opinio, cuius authores citat; & inquit adhuc, isto casu reuocantem esse leuiter puniendum, secundum Addit. Iul. Clar. quem refert, & men. 136. quod ista reuocatio, seu retractatio iniuriae quando fit, debet fieri publice, & palam non autem secretae, & etiam debet fieri in eodem loco in quo iniuria illata est, & coram eisdem personis, & quomodo, & per quae verba fieri debeat.

Sic etiam ita simplex licet maxima, non excusat a paricidio, vt late probat Decian. in suis tract. crimin. 2. tom. cap. 15. num. 17. fol. mihi, 211. & Petr. Gregor. 2. parte vbi supra cap. 12. num. 13. paginas 534. & in furo idem probat, l. qui à mente 67. ff. de furt. nemo enim vt inquit lex illa! tali peccato poenitentia sua, nocens esse desinit, vt excusetur a poena.

Superiora tamen in crimine iniuriarum dicta, & si in puncto iuris procedere valeant, nempé quod calor iracundiae operetur poenae ordinariae mitigationem difficillime tamen ad praxim reduci possent; quoniam ad hoc, vt ratione iracundiae praed. mitigatio poenae ordinariae nostrae l. Regiae, locum habeat, probari debet quae talis fuerit iracundia, quae ipsum delinquentem à mente alienauerit, alias enim nullam habet exculationem, sed ordinaria poena est puniendus, vt in d. l. si non conuictus, & notat Abb. in cap. 1. in secundo notab. de his, qui filios occid. & difficile est probare talem iracundiam, secundum Abb. in cap. dudum, num. 8. in fin. de conuersi. coning. ita Philipp. Decius, in d. l. quicquid calore, num. 8. & alios allegans Farin. d. quest. 91. num. 40. & 41. vbi quod licet hoc probare sit difficile, non per hoc est impossibile: Auend. optime in dictionario, verbo ira, & in terminis nostrae l. idem Auend. in tractatu de iniuriis, n. 6. putans ideo aduertendum ad nostram l. Regiam, quae non distinguit, an calor fuerit talis qui à mente alienauerit, vel non: & ita in praxi secuso obseruandum, secundum opinionem praefaram Philipp. Decij. & Auend. qui veritatem attingisse mihi videntur post Abb. quem citant, nempé vt tunc demum in terminis nostrae l. Regiae habeat locum mitigatio poenae de qua in ea ob calorem iracundiae quoties probatur sufficienter talis vis tempore iniuriae, quae ipsum delinquentem à mente alienauerit, eius probatio rara, & difficilis est, licet non impossibilis secundum Farinac. sup. relatum alias secus, quia puniri debet poena ordinaria iniuriae l. verba iniuriae, de quibus in ea in alterum conuicti causa obiciens, & ita sunt intelligenda, & declaranda fundamenta contraria, & Doctores supra in contrarium adducti.

Praefertim, quia si aliter interpretemur exemplum doct. communis, quam sup. adduximus, constituentis differentiam inter iniurias, quae possunt reuocari vel non: cum Felin. in c. cum re, num. 8. versic. dum dicit, de re iudic. post Imol. quos refert, & sequitur Petr. Andreas lib. 9. commun. opin. scilicet, vbi actu retractari potest sine praed. iudicio aduersarij, vt in casu l. Diuortium 3. ff. de diuor. postea, in cap. diuortium de penit. dist. 1. quae ita se habet: Diuortium non est verum, nisi quod animo perpetuam constituendi diuisionem fit, itaque quicquid calore iracundia, vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam perseverantia apparuerit iudicium animi fuisse, ideoque per calorem misso reudicio, si breui reuerfa est, vxor, nec diuortio videtur: secus, si non potest, sine praed. iudicio aduersarij reuocari, vt in actione iniuriarum, quae competit

competit etiam pro iniuria illata ex repentino calore iracundie, quae praesumitur animo iniuriandi, & ideo si possit reuocari non esset reuocatum praedictum iniuriati l. si non conuicti, C. de iniur. & fuit doctrina.

11 Scilicet ibi, quam dicit notandam ad d. l. quicquid calore iracundie ff. de reg. iur. Petr. Andr. ubi supra Auendan. in tract. de iniur. numer. 7. versic. item secundo, & numer. 8. versic. 4. infero: hinc est, ut qui dixerit alicui, *Memiris, saluo honore tuo*, non liberetur actione iniuriarum Bartol. & alij in l. si quis extraneus in princ. ff. de hered. instit. Monralo in l. 2. tit. 3. lib. 4. fori lit. A. Couar lib. 1. variar. resolut. cap. 11. numer. 1. Pertz in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam. in glossa, & taciturnitatis; Plaz. de delict. lib. 1. cap. 1. numer. 11. Salzed. in regul. 784. in fin. & volum. 1. commun. opin. lib. 9. pag. 528. col. 2. numer. 30. & Azueved. in hac l. 2. numer. 222. ubi numer. 223. hoc verum intelligit cum communi, quoties adesset animus iniuriandi alias secus, sed hoc debet intelligi, quando in contenti non fit reuocatio iuxta d. l. 16. tit. fi. par. 7. & supradicta.

12 Non igitur habet locum in proposito doctr. communis constituens praed. differentiam inter iniurias, quae possunt reuocari, vel non, nisi quoad mitigationem poenae, prolata iniuria verbalis calore iracundie rationalis iuxta d. l. 16. in fi. si modo regulariter obseruandum est, quod quando ira prorepat ex iusta causa licet in totum non excuset, operatur tamen ut delinquens mitius puniatur, ut in viro occidente uxorem reptam in adulterio, si verò non provenit ex iusta causa & tunc nihil excusat: haec est communis opinio, ut ex Menchac. refert & sequitur Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. quaest. 60. versic. & etiam, ibi, in vera die.

14 Si tamen iniuria calore iracundie prolata non reuocetur, sic iniuriatus non excusabitur à poena ordinaria nostrae l. regiae 2. etiam si iracundia maxima fuerit, nisi talis fuisse probetur, quae eum à mente alienauerit alias secus, ut supra resoluimus.

15 Ex supradicta mirabili resolutione inferitur vera intelligentia ad l. lex Iulia 7. in ordine, ff. ad l. Iuliam repetund. in fine: ubi inquit text. ibi, *Quid enim si ob hominem necandum pecuniam acceperint? vel licet non acceperint, calore tamen induciti interfecerint, vel innocentem vel quem punire non debebant? Capite plecti debent, vel saltem in insulam deportari*, ut plerique puniri sunt, ad hoc enim, ut calor, vel iracundia iudicem excuset à poena ordinaria qui calore iracundie interfecerit innocentem, vel quem puniri non debuerat, talis iracundia esse debet, quae praed. iudicem à mente alienauerit: alius enim poena ordinaria puniri debet iuxta praed. iuris resolutionem verissimam Abbatis & ceterorum.

16 Nec enim eum excusare debet, quod sit Magistratus & Officialis publicus cum hi, si peccaram scienter innocentem ad mortem condemnauerint, vel quem punire non debuerant, poena legis Corneliae de Sicar. teneantur l. 1. in princip. versiculo, quicquid cum Magistratus esse, & in lege Cornelia in princip. est ad l. Cornel. de Sicar. l. 25. tit. 22. p. 3. ibi, & por ende dezimos, que si algun juzgador juzgare à labiendos torzaderamente à otro en pleyo de justitia, que tal pena merece el recibir en su cuerpo, qual el mando hazer al otro, quien se a de muerte, o de lesion, o de otra manera de deservaniemo, & si el Rey le quixere hazer merced, perdonandole la vida, puedelo echar de la tier-

ra para siempre por ensamado, & tomarle todo l. fijo.

Et in terminis d. l. lex Iulia, §. fin. ita quoque videtur sentire & intelligere Bald. in l. unica numer. 10. versiculo & aduerte, quia si iudex, C. de delict. defuncti. ubi dicit esse textum mirabilem in c. l. lex Iulia, §. fi. de eo, quod fecit iudex ex crudelitate, vel nimio calore furoris. Ponderanda sunt verba illa, vel nimio calore furoris, quia alienationem perfectam mentis, & sic maximum furorem significant & expressus Andr. de Isern. in titulo, qui sunt regalia, versiculo & bona committentium crimen Maiestatis col. 4. intelligit illum textum, ut puniatur iudex poena mortis, etiam si calore interfecit, vel iussit interfici.

Haec quamuis vera sint in puncto iuris, in specie tamen d. §. fin. aequior videtur opinio (& ideo in praxi obtinebit) quod mitius puniatur iudex qui calore iracundie id fecerit, ut profertur Gregor. Lopez in d. l. 25. in glossa, & si el Rey, ibi: aequior tamen ex his, quae late tradit Felin. in c. sicut ex literis, & columna penultima, & fin. de iur. iurando, quae opinio corroborari potest ex d. l. 25. in versiculo, & si tal iuratio como este, ubi in priori casu d. l. lex Iulia, §. fin. nempe, quando iudices ab hominem necandum pecuniam acceperint, decidit, que si el juez fuere adelantado mayor ó otro rico home quien otorgase el Rey poderio de juzgar, si tal iuratio como el susodicho oviere dado por precio, deue ser deserrado para siempre, & todos sus bienes tomados &c. Nam cum hic casus & alter ille, de quo agimus, nempe de iudice qui calore iracundie inducitur innocentem interfecerit, vel quem punire non debebat, aequiparati sint per modum regulae, quoad eandem punitionem per d. l. ex Iulia, §. fin. lex noua partitae loquens in vno, locum quoque videtur habere in alio (praecipue cum agatur de mitigatione poenae) iuxta glossam in l. si quis seruo, verbo, corrumpti, C. de furt. & seru. corrupti, & in l. si vero contra, ff. de legat. est communis doctrina, secundum Anton. Gomez in l. 4. Taur. numer. 7. & l. 1. ubi bene loquitur in auct. quae actiones numer. 19. C. de sacrosanctis Eccles. & late Tell. Fernandez in l. 4. Taur. numer. 25. & Octau. Cacher. in decisione Pedemont. 6. numer. 9. & 10. de qua doctrina latissime etiam agunt Aymon Crauet. de antiq. tempor. 4. p. in principio numer. 98. cum sequentibus, fol. mihi 140. in paruis & Burg. de Paz in l. 3. Taur. 2. concl. mem. 64. cum seqq.



S V M M A R I V M.

- 1 Iniurias alterum lapsu linguae aliquo conuictio contentis in l. regia 2. titulo de las injurias, lib. 8. nota collect. reg. ut simul. an teneatur palinodiam canere, & soluere 300. solidos? & numeris seqq.
- 7 Qui per lubricum linguae animo indeliberato in blasphemiam vel haeresin proruperit, an & quomodo puniatur?

De obiiiciente conuictum alteri lapsu linguae.

Q V A E S T I O C X X X.

1 VERO similiter utrum si quis per lapsum linguae aliquod conuictum ex contentis in hac nostra l. regia secunda, vel simili alteri obiecerit, teneaturne palinodiam canere & 300. solidos soluere? Et ipsum, hac nostrae l. poena teneatur videtur, & nomina namque & verba adiuncta sunt, & profertur ut dicentis voluntatem demonstret, in hac, ff. supelleet. leger. cap. si autem 2. 2. 9. 2. Bald. in l. 1. §. ubi autem col. fin. & in §. fin. autem ad deficiendum, C. de caduc. tollenda, & in cap. bona el. 1. col. 1. de postul. pralat. & in l. sed & probari, ff. de excusat. iur.

3 Verba enim legis scripta, manifestum est, nihil posse calumniae admittere secundum Quintilian. Senior. in institut. orat. nec oportet de eius voluntate nos argumentari, qui ne id facere possimus, iudicium nobis reliquerit suae voluntatis, ut ait Tull. lib. 2. de inuentione, & ut idem Cicero ait ibi de legibus, Oratio est mentis interpret, & ante eum Lucretius lib. 6. vocat linguam animi interpretem, sic Cassiod. cuius meminuit Alexand. com. 4. §. 52. circa hanc dubitationem col. 2. vol. 4. non semel adnotauit, nullum esse maius mentis nostrae testimonium, quam qualitas inspecta verborum, & est text. in l. generaliter, C. de non numerat. pecun. Bald. in l. tres denuntiationes, col. 1. C. quomodo, & quando iudex, & in rubr. de testibus, ubi referent illud, loquere, & cognoscam te, & multa alia his familia in proposito prima fronte adducit pro hac parte Petrus Plaça de delict. 1. tom. numer. 20.

5 Sed pro contraria parte facit, quia non facile lubricum linguae ad poenam trahendum est, l. 1. C. si quis imperat, maledix. l. famosi, ff. ad l. mai. c. quod autem 2. 2. 9. 2. Zanch. de heret. c. 7. numer. 9. & cum aliis Fatini. 3. tom. sua praxis crim. q. 105. numer. 149.

6 Pro resolutione obseruandum est in hac specie, poena ordinata nostrae l. minimè puniendum esse huiusmodi criminofosum, vel reum, sed alia minori arbitrio iudicis, qui per lapsum linguae conuictum praed. obiecerit, ut tandem cum deliberatione verissimum censuit in nostris terminis Plaça ubi supra, d. numer. 20. in fine, quin etiam leuiter iudicantis arbitrio dicit esse plectendum: quod ego sequeretur quoties constaret de vero linguae lapsu, ne alius scienter, & ex proposito ob euadendam poenam ordinatam l. singulari lapsus linguae: oportet igitur iudicem cuncta rimari, ut haec discernat, cuius hoc reo arbitrio relinquatur, difficile tamen erit interponere in hac specie reatum arbitrium contra claram prolationem verborum animo iniuriandi, & dispositionem manifestam nostrae legis.

7 Sic etiam, qui per lubricum linguae animo indeliberato in blasphemiam, vel haeresim proruperit extraordinarie erit puniendus, secundum lapsum, Cardin. in clement. unic. de usur. Campeg. ad Zanchin. de heret. cap. 7. Albert. & alij quos refert, Ignat. Salzed. & Bernard. Diaz de Lug. in pract. crim. cap. 110. lit. A. versic. sed verius; dicens plectendum esse poena pecuniaria in vltus pios eroganda, vel alia arbitraria, consideratis his qualitatibus, & circumstantiis, de quibus ibi per Praxim Criminalis.

cum, & quod erit magni momenti ad d. poenam minuendam, vel nullam infligendam, quando qui ea verba dixit, statim palinodiam recantauit, & poenituit, licet sit grauius reprehendendus, & summè monendus, ut deinceps caueat.



S V M M A R I V M.

- 1 Affirmans falso, se mulierem quandam honestam desponsasse, ratione iniuriarum an possit conueniri ab ea eiusve parentibus, &c. & qua poena puniatur? & num. 2.

De falso affirmante se aliquam honestam faminam desponsasse.

Q V A E S T I O C X X X I.

1 VERO ulterius, an qui falso affirmauerit se mulierem quandam honestam desponsasse, possit conueniri ab ea, eiusve parentibus, vel curatoribus, aut marito, actione iniuriarum & qua poena fit plectendus?

Et prima quidem facie, videtur hunc minimè conueniri posse actione iniuriarum praesertim inter aequales, vel si maior, aut dignior esset, qui praedicta verba protulit cum ex eis nulla profluis videatur iniuria alteri irrogata, cum iactantia illa, ei non videatur praedictis, sed tantum mendacatio prolata, nec videatur contra bonos mores dicere, Ego te desponsaui, quia istud esse licitum & permittum, scilicet, desponsare, ut in titulo de sponsalibus per totum: nec per hoc diffamatur matrimonium postea contractum.

Nihilominus tamen in praemissa specie contrarium est tenendum, imò quod huiusmodi reus conueniri actione iniuriarum possit, & poena extraordinaria plectendus veniat, attendita qualitate perlonarum & circumstantiis concurrentibus, non verò poena ordinata nostrae l. quia nullum conuictum ex quinque, vel sex in ea expressis, vel eis simile fuit obiectum: omnino namque factum, vel dictum contra veritatem in diffamationem alterius, praesertim si fama mulieris laceratur, & inde inter virum & uxorem discordia seminetur, competenter arbitrio iudicis meretur vindictam legit. in apud Laborum, §. quod autem non in casu, & in §. meminisse, ff. de iniuriis.

Similiter & omnis qui imposturam fecerit, id est, bonis vitis, vel mulieribus mendacia imposuerit, l. 3. §. si quis imposturam, & ibi, notatur, ff. de crimin. stult. Sed omne mendacium in alterius detrimentum est contra bonos mores, praesertim, quando mulieris honestatem ingillar, & falsis contumeliis matrimonium diffamat. l. quamuis adulterij, Cod. de adult. hinc enim vitorum sponsalia & patitur mulierum infamatum eadem infamia l. 1. in fin. & l. quid ergo, §. quod ait, ff. de infamis, & facit etiam, quantum in se est, venire in odium patris, ut his & aliis fundamentis probat in terminis Bald. cons. 230. omne factum, per totum in 3. part. consiliorum.

Concludens poena extraordinaria esse puniendum, quem refert & sequitur Iul. Clar. in pract. crimin. §. iniuria in principio; ibi punia, quia dixerit mulieri, Ego te desponsaui, & tenet Didacus Perez (licet Baldum non referat) in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordinamenti, pagina 42. in fin. & hunc casum iam habui

habui in praxi, & in exilium condemnauit hominem, qui dixit & publicauit se desponsasse virginem quamdam honestam, quam sectabatur assidue, die noctuque sollicitabat, & occulte alloquebatur illi signa faciens, & non potuit probare sponsalia: motus etiam fuit l. 5. tit. 9. p. 7. quæ loquitur contra insectantes virgines vel nuptas honestas, quod teneantur actione iniuriarum. Non obstant contraria, quia ex supradictis iam sunt diluta: & quamuis sponsalia sint licita, non tamen licet falso affirmare desponsationem in iniuriam mulieris & parentum vel mariti.

S V M M A R I V M.

- 1 Mandans, vel consulens vnum ex conuictis maioribus, de quibus in l. 2. tit. de las injurias, lib. 8. noua collect. reg. in alterum iniici, an incurrat in eius penas vel alterius status, & num. seqq. precipue, num. 9. cum seqq. & num. 23. cum ceteris.
- 2 Mandator ex sua persona conueniri potest præter ipsum reum principalem.
- 3 Mandans committit delictum, an eadem pena sit puniendus, qua mandatarius? & n. 4. & 5.
- 6 Consulens delictum committi, qua pena puniatur & n. 7. idem in exhortante.
- 18 Regula, Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, intellectus.
- 19 Regula, Omnia nostra facimus, quibus auctoritate impartimur, intellectus.
- 20 C. mulieres de sententia excommunic. intellectus & num. 21.
- 30 Mandans, consulens, & exhortans committi delictum, an si postea id reuocet, & nihilominus committatur, teneatur ex delicto sequens? & num. seqq.

De mandante, consulente, & exhortante iniici in alium conuictum ex maioribus contentis in l. regia.

Q V A S T I O C X X X I I .

QUÆRO modo de questione ardua & difficili in praxi circa materiam nostræ, l. 2. tit. de las injurias, & denuestor, an mandans, vel consulens, vnum ex quinque verbis contumeliosis & conuictis, de quibus in nostra l. vel similib. alteri exprobari incidat in eius penam ordinariam, necne?

2 In primis namque habemus iuris regulam generalem, quæ habet mandatorem quo ex sua persona conueniri posse præter principalem reum l. non ideo minus, Cod. de accusat. l. certè, §. 1. ff. de precar. l. vltim. ff. si mensor fals. mod. dix. cap. mulieres, §. vltim. de sententia excommunicatiõis, ibi, cum is committat verè, cuius mandato delictum committitur Bart. in l. non solum, §. si mandato, num. 8. ff. de iniuriis, & in l. sed si vnum, §. si seruus, eodem titulo. Angel. in tract. de malef. verbo, Sempronium mandatore, Tiraquel. plura congerens in leg. conubial. gloss. §. num. 1. 193; Hippolyt. singul. 181. Palat. Rub. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 87. n. 20. Carter. latè in pract. crim. §. homicidium, num. 58. Plaça de delict. lib. 1. cap. 1. num. 8.

Et quamuis magna fuerit aliquando controversia inter scribentes, an mandans committi delictum puniri debeat eadem pena, qua mandatarius, quibusdam dicentibus, quod aut mandatarius erat aliis commissurus delictum, & eo casu mandatarius non teneatur; aut verò non erat aliis facturus & teneatur, quam dicit communem Alberic. in l. ob hæc verba, ff. de his, qui nos infam. Dec. in l. consilij, num. 4. cum sequentibus, ff. de reg. iur. provt eos ad hoc refert & alios eam tenentes Tyber. Decian. 2. tom. tract. crimin. lib. 9. cap. 36. num. 14.

Hæc tamen distinctio communiter reprobat, vt inquit Iaf. in l. 1. post num. 23. Cod. de seru. fugitiu. nam, quando mandatum cadit in delictum, non est adhibenda præfata distinctio, vt inquit gloss. approbata in l. 1. §. persuaderi gloss. magn. ff. de seruo corrupt. est communis regula teste Gometio in §. penales post num. 10. in fin. de action. & cum eo Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. quest. 89. in principio. tamen eos reprehendat circa fidelem recitationem auctorum Decian. vbi supra, sed indistinctè mandans punitur eadem pena, qua puniendus est mandatarius ipse, qui delictum commisit iuxta doctrinam Bartol. in l. non solum, §. si mandato, num. 19. ff. de iniuriis, communiter approbatam. vt plurimè citaris, inter quos & Couar. affirmat Clarus vbi supra, dicens esse tenendam tanquam vtiorem & magis communem, & quod eam vidit seruari in quodam Augustino Marcotio, qui mandauerit filio, vt vxorem suam interficeret & fuit patri amputatum caput 3. April. ann. 1558. eandem communem sententiam probauimus & sequuti fuimus reprobatam præcedenti distinctione lib. 3. pract. q. 2. num. 6. & 7. Et intelligenda est sequuto & consummato delicto, secundum Anton. Gom. 3. tom. var. resol. c. 3. de homicid. num. 39. necnon & Auend. de iniuriis, n. 9. vbi quod ex solo mandato, delicto non sequito imponi debet mandanti pena extraordinaria, nisi in grauissimis delictis, vt est assassinium & similib. in quibus mandans punitur pena ordinaria; licet delictum non sequatur, & hæc est magis communis opinio teste. Farin. qui plures allegat 1. tom. quest. crimin. de inquisitione, q. 3. n. 7. & 8. sed in hoc constituendi sunt quatuor casus quos constituisimus & resoluimus quid tenendum sit 3. p. pract. q. 7. n. 34. cum seqq. idem nunc probamus.

In consulente autem, vel persuadente delictum committi, eo commisso, locum habet præfata distinctio, an is, cui consulitur, aut persuadetur, erat aliis facturus, vel non, vt primo scilicet casu consulens vel persuadens, non puniatur eadem pena, sed leui: in secundo vero casu eadem pena plectatur, vt resoluunt communiter Doctores, in c. 1. de officio deleg. Et precipue alios allegans Imol. ibi num. 9. Felin. 8. Dec. 9. qui & in num. sequentibus, plura congerunt in materia idem Decius in l. consilij, num. 4. ff. de regul. iur. Auend. in tract. de iniur. num. 9. vers. ex ista illatione: & communi omnium ferè consensu hæc sententia recepta est, & verè iure magis probati potest, vt affirmat eam latè probans D. Couar. in clement. si furiosus de homicid. 2. p. §. 2. num. 1. per totum, & hæc communis est doctrina & opinio iuris vtriusque professorum secundum Petrum Plaça de delict. 1. tom. c. 17. n. 1. & 7. vers. verum vbi, innumeros auctores eam sequentes citat eam benè iure probans, & tandem refert Carter. in pract. crimin. §. homicidium, n. 163. dicentem communiori, æquiorique consensu Doctorum esse

esse receptam sententiam, necnon & Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. quest. 88. in principio, vbi dicit communem esse legislatorum & Canonistarum ex Bero. in d. cap. 1. num. 85. aliosque plures citat.

Et quamuis contrarium probent gloss. & Bart. in d. §. si mandato, n. 16. & Gregor. Lopez in l. 23. gloss. maliciosamente, ibi inò in consilio adhibito circa delicta tit. 12. p. 5. nihilominus communis præfata sententia tenenda est, iuxta quam indubiè sunt intelligendæ leges regie punientes simpliciter consilium præstantem ad delictum, vt voluit, licet non affirmet (& sic sub dubio) Auend. vbi supra. Ego verò cum præd. l. regie non corrigant expressè ius commune in hoc, censeo iuxta illud esse intelligendas & distinguendas, ex latè traditis & congestis in proposito per Burg. de Paz in l. 1. Taur. num. 571. cum seqq.

Quod autem delictum est in consulente, obseruandum etiam erit in exhortante aliquem ad delictum, tenebitur siquidem & ipse pena ordinaria, si ille aliis non fuisset commissurus, secus, si aliis erat facturus: ita tenent communiter Doctores, vt inquit Alber. in l. ob hæc verba, in fine, ff. de his qui nos infam. vt refert Clarus vbi supra, d. quest. 88. vers. sic, hoc autem; dicens Denatum tamen, solere huiusmodi exhortatores, seu persuasores delictorum prius torqueri super mandato, & vbi negant mandatum dedisse, illos punire extra ordinem, vt fuit seruatum in quadam Ambrosiana Monina, quæ persuaserat adultero, vt virum suum interficeret, nam prius fuit tortus super mandato, & cum nihil falla fuisset, iussa fuit flagitari 30. Iunij 1538.

Hæc omnia eo tendunt, vt conuincamus, mandantem alicui, vt alterum probo afficiat, quolibet ex conuictis in nostra hac lege regia secunda de las injurias contentis, vel similib. iniuria sequuta, teneat eadem pena, qua ipse mandatarius hoc est, de desdere, & pagar tresientos sueldos, iuxta formam & tenorem nostræ l. regie: consilium autem, persuasionem, vel exhortationem præbens ita demum, si ille, cui præstatum non erat aliis facturus, secus verò, si aliis erat facturus, quamuis tunc adhuc puniatur, leuius tamen iuxta supradicta.

Rursus deinde contrarium indistinctè in terminis nostræ questionis videtur omninò probandum; inò quod huiusmodi mandans, consilium præbens, exhortans, vel persuadens, nunquam veniat puniendus pena ordinaria nostræ l. sed alia mitiori: quia sumus in penalibus, & ipsa loquitur in ipsomet iniuriante, sicque exigere videtur ipsiusmet factum, vt patet ex eius littera ibi: qualquiera que denostare a otro y le dixere, &c. quibus verbis suppositis, intrat communis doctrina in questione illa. ¶ An statutum puniens facientem delictum, habeat locum in mandante fieri delictum, & resoluunt communiter Doctores, quod aut statutum loquitur in personam, puta, si quis occidit, si quis vulnerauerit, &c. & non comprehendit mandantem, aut vero loquitur in rem, scilicet, in ipsam maleficiam, puta pro homicidio sit pena uortis, & hoc casu vtrique comprehendit mandantem: hæc est doctrina Bart. in l. sed vniuersus, §. seruus, num. 2. cum sequentibus, ff. de iniur. & in l. aut, qui aliter, §. fin. num. 3. per text. ibi, ff. quod vi, aut clam. & in lege hæc verba, ff. de adult. & ibi Doctores, & in l. si quis id, quod, ff. de iurisdi. omni. iudic. idem Bart. consil. 101. & alibi Bald. consil. 52. volumine 3. quam sequitur & communem esse

affirmat Petrus Plaça plures referens & latè eam probans primo tomo de delict. cap. 1. num. 8. & cap. 15. num. 22. vbi loquitur in statuto, siue legè municipalì: & Villalpand. in l. 22. tit. 1. partis. 7. cap. 66. num. 6. & plures referens Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. questione 89. in versiculo, sed quero, vbi circumscripta consuetudine hanc opinionem & doctrinam sequitur dicens esse magis communem, & idè non esse ab ea in iudicando & consulendo recedendum, præterquam, si statuta recepissent contrariam interpretationem à consuetudine, quia tunc minime sunt mutanda quæ certam interpretationem habuerunt, l. minime, ff. de legibus, quo casu, saluari potest, quod ex antiquis multi in contrarium tenebant: nempe, quod etiam si statutum loquatur in personam, puta quicumque fecerit homicidium, &c. comprehendat nihilominus ipsum mandantem quam dixit esse magis communem opinionem Gandin. de malef. titulo de transacione in fine, & in Rubrica de penis columna 4. qui in priori loco subdit, quod ita communiter obseruatur, quem refert Abel. de statut. 3. parte questione 44. num. 15. necnon & Plaça & Clarus vbi supra, referens hic etiam Carter. dicentem, quod ita etiam seruatur iudices & assessores, sed nihilominus magis communis sententia est in contrarium semota consuetudine, vt prædiximus.

Verius tamen videtur in hoc articulo dicendum, quod si statuti verba clarè comprehendant tantum facientem, non autem mandantem, tunc mandans in ea dispositione non comprehendatur, vt si diceret, si quis tale quid fecerit propriis manibus, vel personaliter, vel per seipsum & similib. iuxta glossam verbo publicè, in Clementina prima de vita honestate Clericor. ibi, si ergo occultè, vel per alium hoc exerceatur, cedat pena, licet non culpa, & est communis & vera, vt cum aliis contra Iaf. & alios iure probat eam defendens Tyber. Decian. in 2. tom. tract. crimin. lib. 9. cap. 32. num. 7. fol. 232.

Si vero statutum loquatur in rem, vel per verba communia vtrique, videlicet, homicidium puniatur, &c. & tunc comprehenditur etiam mandans absque dubio & sine ulla interpretatione iuxta doctrinam Bart. communiter approbatam vbi supra, quam etiam sequitur & communem ex Iaf. profertur Decian. vbi supra, num. 10.

Sin autem verba statuti dirigantur in personam simpliciter, non comprehendatur mandans regulariter, vt supra cum communi resoluimus: nisi in edicto prætoris, ne quis eum, qui in ius vocatus vi eximat, qui loquitur in personam, & tamen mandans etiam comprehenditur, l. 1. in iudice lege, si per alium, ff. ne quis eum, & vbi inquit Paul. de Cast. quod forte non reperitur alibi ita benefèd est etiam optimus text. in l. 1. §. fecisse, ff. de eo per quem fact. erit, fecisse autem (inquit Vlpianus) dolo malo non tantum is putatur, quis suis manibus, vel per suos retinuit, verum qui alios rogauit, vt eum detineret, vel abduceret, ne iudicio sistat, siue facientes, siue ignorantès, quid esset quod comminiceretur. Item & secundò in Interdicto de vi & vi armat. quod loquitur in personam expressè, vt in l. 1. ff. de vi & vi arm. dicebat enim Prætor, unde in illum vi eiecisti, &c. Et tamen mandans continetur, vt in d. l. 1. §. deiecisse, ff. de vi & vi armat. vbi inquit textus, Deiecisse autem etiam is videtur qui mandans vel iussit, vt aliquis deiceretur; parus

- enim referre visum est suis manibus quis detulit, an vero per alium. ¶ Hinc est, vt statutum poenam imponens facienti maleficium comprehendat etiam fieri facientem, vt eadem poena puniatur, ita Bartol. in *quemadmodum*, num. 4. ibi, *poena statuitur, C. de agricol. & consti. lib. 5. 1. sequitur plurimos referens Tyber. Decian. vbi supra, cap. 39.*
- 14 *num. 1. ¶ Licet enim lex poenalis & odiosa extra significatum proprium extendi non debeat, vt in regula, adia de regulis iuris in 6. cum similit. tamen vbi extensio tendit ad fauorem Reipublice ita debemus eam extendere sicuti legem fauorabilem, quia pertinet ad fauorem Reipublice punire maleficia, vt Reipublica in quiete remaneat. l. congruit, cum similit. ff. de officio praesid. ita Bartol. vbi supra, in principio, d. num. 4. quem in hoc sequitur plures referens Didac. Perez in rubr. tit. 1. lib. 3. ordinam. col. 7. 47. post med. & Euerard. loco 35. a ratione larga, &c. Beccius consil. 71. num. 4.*
- 15 Tertiò limitatur in ceteris casibus a iure con-
- 16 suetudine vel statuto expressis. ¶ Similiter & 4. quando ex coniecturis peteret statutum comprehendere quoque voluisse mandantem, vt in terminis tenet & probat Tyber. Decian. vbi supra, d. cap. 32. num. 4. & 10. ibi, *sed cum statutum, &c. qui per totum illud caput refert & ponit nonnullas coniecturas & conclusiones in materia, quae cum opus fuerit, differendae sunt, hic enim locus hoc non expolcit.*
- 17 Ex quibus videtur, quod cum l. nostra regia secunda de las injurias, & denestros, loquitur simpliciter in personam hoc modo, scilicet, *qualquiera, &c.* mandans alicui, vt alterum verbis contumeliosus, de quibus in ea offendat, non incidat in eius poenam, sed aliter extra ordinem sit puniendus, tum ex dicta communi regula, de qua supra versiculo rursus deinde, &c.
- Tum etiam quia Reipublica non laeditur, nec offenditur verbis iniuriosis, secundum Felin. in cap. dilecti filij colum. fin. versic. 3. declaratio de excepti.
- 18 Neque obstat alia iuris regula, quae habet, quod qui per alium facit, per se ipsum facere videtur & alia id genus, de quibus modo supra & quae congerit Tiraquel. in legib. connubial. glossa 3. verbo contra rer. id namque verum est & procedit fide & impropiè, atque interpretatiuè, Dyn. in regula qui per alium de regul. iur. in 6. Bart. in locis praallegatis cum aliis, de quibus per Petrum Plaçaam de delict. 1. tom. num. 10. estque communis opinio ferè omnium scribentium, vt affirmat Vincentius Paleotus inter consil. Alexand. consil. 65. num. 1. lib. 4. & cum eo Iulius Clarus d. quaest. 89. versic. sed quera, ibi, *mandans enim.*
- 19 Eodem modo possimus dicere procedere aliam iuris regulam, quae habet omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur: mandans igitur, non dicitur, verè & propriè facere, sed tantum interpretatiuè, vt latissimè iure probat & communem testatur plures citans Tyber. Decian. in d. 2. tom. 1. tract. crimin. lib. 9. cap. 32. num. 2.
- 20 Neque obstat text. in cap. mulieres de sententia excommunic. vbi dicitur, quod qui mandat committi delictum, verè illud committit: quia text. ille respicit peccatum, & eius poenam, quod consistit in sola voluntate, quia verè peccat mandans, ita Abbas num. 11. & ceteri communiter scribentes, & alios allegans Decian. vbi supra, versic. non obest.
- 21 At hæc procedere minimè possunt, quando

lex considerat actum ipsius personae exercentis, ac coniectum irrogantis alicui, vt constat ex l. nostra regia 2. ¶ tamen adhuc, qui alteri iniuriam fieri mandauit, minimè sit inunus à culpa, atque delicti poena, vt præcitati Doctores explicant: non tamen puniendus videtur, vt palinodiam canat sibi que contradicit cotam prætorè & honestis viris: & in terminis nostræ l. per prædicta ita probat atque in praxi tenet Petrus Plaça d. cap. 1. num. 8. cum segg.

Luxta quod idem erit à fortiori dicendum in 22 consulente, persuadente & in exhortante vnum ex conuictis in l. nostra expressis & similis in alterum exprobat, etiam crimine sequuto.

Verum enim verò, omnibus rectè pensatis, 23 atque ad amissum (vt aiunt) consideratis, & præuictis, censo verius esse, quod in specie nostræ l. 2. mandans dicere certam iniuriam in alterum ex contentis in eadem l. incidat, in poenam ipsius l. cum ipso facto mandando cum dici animo cum iniuriandi, ipse mandans eam proferat contra illius personam volens ad eius notitiam peruenire licet absentis, quinimo, eidem exprobat & notificari (vt ita dicam) veluti si dicat, nuntio, vade & dic Titio, quod est haereticus, traditor, aut conuictus, &c. cum ex his verbis absenti certa inferatur iniuria, ita vt in eius presentia referatur, atque repetatur: etiam si ille absens postea à mandatio non iniuriatur, & fortius expleto mandato, tamen cum ipse mandans perferat per se delictum, poena huius legis puniri debeat: verificantur siquidem in sua persona verba illa nostræ l. denotare à otro, quandoquidem ipsemet mandans primum, verba ipsa & conuicta, de quibus in nostra leg. ore pronunciat & proferit in alterum, qui licet absens sit, ac proinde iniurians non videtur comprehendi sub poena nostræ legis secundae, quae videtur requirere presentiam offensi, quando proferuntur conuicta, vt hac & aliis rationibus resoluimus supra in 6. questione super hac lege secunda postea. nihilominus tamen ibi hoc limitauimus cum doctissimo Couarru. quando verba eo animo proferuntur in absentem, vt in eius notitiam perueniant: quod præcipue & cum maiori ratione procedit in specie de qua hic agimus, nempe cum quis animo iniuriandi absentem mandat alteri, quod ei dicat, cum esse haereticum, conuictum, &c. hinc (vt obiter dicam) diluuntur vno verbo fundamenta contraria Petri Plaça, quibus ipse valde confusus contrariam sententiam probauit, non tamen aduertit ad prolationem verborum, seu potius conuictio- tum à mandante factam, neque ad eius animum & voluntatem.

Similiter non obstat, quod priori loco dice- 24 bamus, scilicet, mandantem fieri delictum tunc demum puniri eadem poena, qua mandatarius id exequens, scilicet, cum perferat & consummat delictum, secus verò, eo non sequuto, ¶ hoc namque non procedit in iis criminibus, in quibus solum mandatum habetur pro delicto, perfectò & consummato, siquidem eo ipso, quod mandauit ea forma, qua prædiximus, perfectò, quatum in se est ipsum crimen, vt contingit in nostra specie: & probatur argumento text. singul. in c. 1. de homicid. lib. 6. vbi mandans interfici alicquem Christianum per assassinos, punitur eadem poena, qua occidens: vbi glossa intelligit ex solo mandato, mandantem in casu illius textus esse ligatum, ac proinde etiam si reuocauerit mandatum re integra, eam poenam incurtere: & ibi Ioannes Andreas inquit, ex eo patere esse ligatum ex solo mandato, quia

quia hoc ipsum mandare est delictum consummatum, quem citat idem probans Auend. in tract. de iur. 9. versic. si tamen: vbi etiam in eodem refert Augustin. de Arim. in apostol. ad Angel. de malef. in presente & Sempronium, &c. est in num. & ante eos Bald. in l. non ideo minus n. 13. C. de accusat. quem ita intelligit Augustin. in Arim. in loco præcitato num. 21. vbi multa ad hoc adducit, quod verum putat Tyber. Decian. d. c. 32. in 10. conclus. num. 11. & esse communi calculo receptam hanc conclusionem constat ex eodem Deciano ibidem num. 1. post princip.

25 Sed cum proferens mandatum expressum de certa iniuria contra alicquem dicenda de contentis in nostra l. per ipsam prolationem verborum eandem declaratur & inferatur iniuria, quae mandatur alteri tunc absenti, dici & fieri eadem presentem, debet locum contra cum poena nostræ l. vt in terminis probat Auend. vbi supra, d. n. 9. per totum.

26 Vbi idem probat eadem ratione in consulente, reperia distinctione communi, an ille, cui consultit, esset aliàs facturus, vel non: ea namque communis distinctio in specie nostræ legis non est necessaria secundum ipsum: siquidem consulens alicui, vt verba iniuriola in alterum proferre, eo ipso iam ipse ea proferat: quod est attendendum non autem quod consulente voluerit.

27 ¶ Nam quando integrum delictum est in consulente etiam delicto non sequuto, consulens punitur iuxta Baldi doctrinam in l. data opera n. 52. Cod. de his qui accus. non poss. vbi quod in consulente distinguitur, an principalis erat aliàs facturus, vel non: vbi consilium punitur principaliter propter aliud, secus, si principaliter propter se, & quia est per se titulus criminis, vt in iuribus ibi per eum allegatis, quem refert & sequitur Decius in l. consilij num. 10. ff. de regul. iur. & Auendaño vbi supra, dicens quod hæc est multum bona illatio: de exhortante idem probandum venit ex supra dictis.

29 Quinimò in specie nostræ questionis mandans, consulens, & exhortans sequuto postea delicto illius, cui mandauit, vel consuluit, aut quem exhortatus, & vltra poenam ordinariam, quam proprio nomine incurrit, qua venit puniendus vt supra probauimus, ac reus; debet puniri ex nouo delicto, tanquam prælans causam alteri delicto, vt probat etiam Auend. vbi supra, d. n. 9. in versic. vnum tamen.

30 Fit etiam ex supra dictis, quod licet aliàs regulariter consulens non tenetur, si antequam sequatur delictum, consilium reuocauerit, iuxta doctrinam Innocent. in cap. ad audiendum, n. 2. de homicid. quem ibi sequuntur Doctores; in materia tamen nostræ l. regis consulens certam iniuriam dici, licet mandatum reuocet, tenebitur poena huius legis, quia eo ipso quod præd. verba protulit, consummat delictum, in quo non habet locum poenitentia, vt prædiximus & in terminis ita probat Auend. vbi supra, in versiculo, ex supra dictis: & in versiculo sequentibus, alia in proposito addit.

31 Sed circa præfatam doctrinam Innocentij obseruandum est; quod reuocatio mandati de homicidio committendo non sufficit, sed est necessè, quod demittatur ei, de cuius morte tractatum est, vt sibi caueat; nisi consulens firmiter & probabiliter credat, quod post reuocationem consilij, reuocetur à proposito occidendi illi, cui consultum fuit homicidium, licet in mandante fieri homicidium, videatur sufficere, si tantum

contrarium mandaret, vel si pacem iniret cum occidendo, vel parentelam, aut aliam amicitiam cum eo contrahere sciente mandatario, secundum Innocent. vbi supra, assignantem rationem differentiae inter prædictos, quem sequitur alios plures referens Petr. Plaça de delict. 1. tom. cap. 17. num. 9. & Tyber. Decian. 2. tom. tract. crimin. lib. 9. cap. 36. num. 32. & 33. fol. 211.

Limitanda tamen erit sententia principalis, 32 supradicta circa nostram l. regiam defenata cum Auend. ex eodem auctore ibidem num. 10. in mandante, consulente, vel exhortante aliquid dici alteri, iniuria certa expressa: nempe, *Vade & dic. N. qui est*, vel similia hoc enim casu, & si ille, cui huiusmodi verba dicta sunt, ierit, certaque iniurias illi protulerit, prior non tenebitur adione iniuriarum, interpretando prædicta verba in miriorem partem, quia in dubio non videtur mandatum, quod fiat delictum: quod ego verum intelligo, nisi ex modo dicendi, & communi vsu loquendi & intelligendi aliud intelligeretur, quia tunc essent verba subdola, atque in fraudem iniuria palliata, ac proinde sic dicens, ac loquens, vel mandans, consulens, & exhortans actione iniuriarum profecto teneretur.

S V M M A R I V M.

1 Nobilis vulgo, el hidalgo conuictus alium verbis maioribus, an debeat canere palinodiam, &c. & num. segg.

4 Nobiles delinquentes maioribus sunt puniendi poenis pecuniariis, quam ceteri, secus in poenis reatiuis vt in num. 5.

8 Nobiles non sunt puniendi poena ignominiosa, hoc est, en deldeziñe.

9 Nobilitas in prima instantia non allegata, potest allegari & probari in executione sententiae ad excusandum se à poena, de deldeziñe.

10 Exceptiones, quae non infirmant sententiam, sed eam effectum restringunt & modificant executionem ipsam, possunt opponi post rem iudicatam.

11 Nobilis contra Nobilem à se offensum, an debeat canere palinodiam, num. segg.

12 Priuilegiatus non videtur priuilegio suo contra partem priuilegiatum, nisi in casu de quo hic, num. 13. & 14.

16 Minor non restituitur contra alterum minorem, quando uterque agit de damno existando.

19 Regulam habens pro se habet intentionem suam fundatam, nisi in casibus ab ea exceptis.

20 Nobilitas ad excusandum nobilem à poena contradictionis, quomodo sit probanda.

21 Mulier Nobilis nupta, ignobili non tenetur palinodiam canere.

¶ Quod procedit etiam in vidua Nobili, durante viduitate & castitate seruante, num. 22. Limitatur, num. 23.

24 Vxor viri Nobilis ex priuilegio gaudet eodem priuilegio, ad hoc vt non teneatur canere palinodiam.

25 Doctores, & Licentiat, non tenentur canere palinodiam neque eorum uxores, & num. sequenti.

De Nobili, quod non teneatur canere palinodiam.

QUESTIO CXXXIII.

VERO praterea: an Nobilis, vulgo, el hidalgo, obiciens alteri verbum iniuriosum, de quo in hac l. 2. de las iniurias y denuestos, debeat canere palinodiam, sicut plebeius? Olim quaestio & gravissima & satis controuersa fuit: hodie vero est decisa pro parte negativa per nostram l. ibi: y si fuere hidalgo al que dixere los dichos denuestos, no sea condenado a que se desdiga por ello, y pague quinientos sueldos, y por ellos dos mil maravedis, la mitad para nuestra Camara, y la mitad para el querrelloso: y demas desto, el juez le ponga la mas pena que le pareciere, segun la qualidad de las personas, y de las palabras.

Nihilominus tamen breuiter resumam tradita per Doctores, ante nostrae l. promulgationem, ne ius commune omittamus, & quia vsui seruent ad alia in praxi.

1. Contrariam enim, & sic affirmatiuam opinionem in nostra quaestione tenebat in terminis Auendaño lib. 1. cap. 20. prat. num. 6. & 7. tum ex generalitate, l. 2. titulo de las injurias, lib. 8. ordinament. veter. tum etiam, quia quando agitur de satisfactioe faciendae patri laesae non fit distinctio personatum, iuxta auream doctrinam Bald. in l. nemo Clericus, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, cuius meminit Bologn. consil. 37. & refert alios plures hoc tenentes. Plaça de delict. 1. tom. 4. cap. 1. num. 23. Longè quidem aliter est in penis pecuniariis, in quibus Nobiles grauioribus sunt afficiendi penis, l. properandum, §. si autem vitrumque, & ibi Bart. & plerique alij Cod. de iudic. glossa verbo centum in §. si quis vero ausu de pac. iurament. firmand. vbi Bald. & Cardinal. Alexand. idem existimant, refert alias glossas & plures Doctores, idem sequentes Plaça vbi supra, in versiculo, longè quidem aliter, vbi id, quod dici solet, mitius agendum esse cum Nobili, procedere intelligit in penis relatiuis, vt in specie l. ad commentariensem, & ibi glossa de custod. reorum, & alij Doctores quosibidem congerit, denique id quoque verum esse intelligit, nisi iudex iusta existente causa Nobilem grauiori pena afficeret: argumento text. in l. quid ergo, §. pena grauior, ff. de his, qui nos. infam. & in l. §. si senior. C. ex quibus causis infam. irroget. & notat Innocent. in c. 1. de consue. & ibi Doctores, & alibi sapissimè.

2. Tertio pro hac parte etat lex regia, quae videbatur expressa, nempe 2. tit. 5. part. 7. in illis verbis. La segunda es, quando el hidalgo se desdize en juyzio, o por carta de la cosa que dixo, hanc eandem sententiam iure probat Baptista Villalobos in sua animom. iur. in principio, num. 14. folio 2.

3. Sed pro contraria parte communiter in praxi ante nostram l. in hoc nouam solebat allegari l. 13. l. styli, ibi: è si fuere hidalgo denostado deman-dele que peche quinientos sueldos, è denuegelos pechar, vt testatur Auiles in proemio, circa prator. num. 20. vbi allegat meliorem l. 2. tit. 9. de los rietos, lib. 4. ordinamenti ibi, è si no quisere desdixise, que salga del Reyno fasta traynata dias, & l. 85. styli, quae ita se habet: Otro si es a su-

ber, que el hidalgo no serà assi castigado como otro que no es hidalgo, è la pena de la deshonra del hidalgo es, de quinientos sueldos: idem probant Didacus Perez in l. fin. tit. 1. lib. 1. ordinam. col. fin. in fin. & Padilla in l. 1. num. 8. C. de iur. & fact. ignorans.

Sed ad praefat. l. 13. styli respondebat Auendaño vbi supra, & in tractatu de iniur. num. 21. versic. nec obstat: hoc non probare, quoniam loquitur in Hidalgo offenso & conuitiato, non vero in Hidalgo iniuriante, vt patet ex verbis dict. l. ibi: è si fuere hidalgo denostado, vnde non tollitur ibi pena contradictionis in Hidalgo iniuriante & inquit praeterea, quod ita rectè intelligenti probat d. l. 85. styli: & quod ista est veraim-terpetatio, licet aliqui dormiterent, contrarium somnians: quod & voluit Auiles vbi supra, existimans quod d. l. 13. hanc 2. partem non probat, nisi fingatur abesse verbum illud, denostado, vel si adit, debeat dicere denostador, licet haec inductio non admodum veritati faueat, secundum Petrum Plaça vbi supra, cap. 1. num. 23. versiculo tercio, in fin. eundem intellectum Auendaño ad praedict. l. styli sequitur Otalora de nobilit. 2. p. cap. 4. n. 2. & 5. p. e. vltim. num. 11.

Nihilominus tamen communis praxis huius 7 regni ante nostram l. 2. nouae collectionis regiae obtinuit, vt Nobilis iniurias alterum aliquo conuitio, de quo in ea minime condemnatur pena infami contradictionis, sed tantum quingentis solidis, vt in dictis legibus styli: illa siquidem 131. expressè eam praxim probat, siquidem loquens in pena contradictionis (de qua agimus) & declaratans d. l. 2. ordinamenti veteris dicit: è si fuere hidalgo, &c. vnde necessarè deducitur loqui in Hidalgo iniuriante.

Secundò id patet, quia statim addit lex, deman-dele que peche quinientos sueldos, y denuegelos pechar: obserua verba illa, deman-dele, & illa, è denuegelos pechar, referunt namque al hidalgo: ergo loquitur en el hidalgo denostado, ille namque est, qui soluere debet hanc penam: y el denostado perdiu: porque si el hidalgo fuere el denostado, no le auian de demandar a el la pena de los quinientos sueldos, sino antes el al denostador: itaque ex praecedentibus & sequentibus manifestè constat l. illam loqui in Hidalgo conuitiante, non vero in conuitiato, vnde apparet vitio impressorum deficere, ibi litteram R. ibi denostado, debet enim dicere denostador: & ex hac veriori lectura communis praxis praedicta originem duxit.

At dicta l. 85. styli clara est pro hac parte loquitur siquidem in pena, hidalgo, iniurianti imponenda: denique l. 2. tit. 9. de los rietos, expressè probat hanc partem, fit igitur ex supradictis, vt haec 2. pars negativa nobilitati deferens in hoc verior sit in iure, & in praxi recepta, vt nostri asseuerant: vtumque latissimè comprobat Plaça tum Otalora vbi supra, & nouissimè Parlador. rerum quotidianarum, lib. 2. cap. 17. num. 26. cum sequentibus, & praxim faceret Villalobos vbi supra (tamest vt diximus contrarium iure probet) necnon & hanc nostram sententiam tenent & probant praecipue hodie Ignat. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz de Lug. in pract. crimin. c. 66. sub littera C. in versic. quamuis, iuncto versic. tametsi, pag. 209. col. 2. & Humad. in l. 3. tit. 18. p. 2. glossa 2. m. 4. Padilla in d. l. 1. n. 9. & Azeued. in hac l. 2. num. 100. cum segg.

Nobiles enim puniendi non sunt pena ignominiosa (prove est la desdixise) secundum Fulgos.

Fulgos. consil. 167. quem referunt & sequuntur D. Conar. lib. 2. var. resol. cap. 9. num. 4. Thomas Grammatic. decif. 32. num. 1. Plaça & Salzed. vbi supra, & latissimè de hoc agit Tiraquell. de nobil. cap. 20. & de penis. temperand. casu 31. Azeued. hic num. 101. & Atalor. de nobilitat. §. parte. cap. vltim. num. 4. per totum, fol. mihi 345. & Ioan. Gatfia de nobilitat. glossa 1. num. 10. cum segg.

Hodie vero cessat omnis disputatio cum nouissimè per hanc nostram l. 2. nouae collect. regiae, hoc sit definitum, ibi: y si fuere hidalgo, no sea condenado a que se desdiga por ello, y pague quinientos sueldos, y por ellos dos mil maravedis, la mitad para nuestra Camara, y la otra mitad para el querrelloso: y de mas desto el juez le ponga la mas pena que le pareciere, segun la qualidad de las personas, y de las palabras, & ita etiam referunt & pro confuturo docent Ignat. vbi supra, Padill. in l. 1. num. 9. Cod. de iur. & fact. ignor. Humad. in l. 2. tit. 18. part. 2. gloss. 2. num. 4. & ceteri nouiores.

9. Quinimo etsi lata fuerit sententia contra Nobilem, & in prima instantia nobilitatem minime allegauerit: nihilominus in sententiae executione poterit se opponere atque nobilitatem allegare ad solvendum quingentos solidos argum. text. in l. item veniunt, §. idem retitè, ff. de petitione hered. & in l. miles, §. decem, ff. de re iud. ita Plaça, vbi supra, in fin. num. 23. cuius in hoc opinio probari potest ex regula communi Bart. in l. 1. num. 3. & 4. Cod. de iuris & fact. ignor. quae habet, quod exceptiones, quae non infirmant sententiam, sed eius effectum restringunt, atque modificant, executionem ipsam dumtaxat infirmitatem, possunt opponi etiam post rem iudicatam, text. in l. Nissenius, §. fin. ff. de re iudic. l. si fides iussores, §. idem respondit, ff. de fides iuss. l. ex diverso, fin. ff. solut. matrimon. Padilla in l. 1. num. 36. Cod. de iur. & fact. ignor. & haec est prima declaratio, siue ampliatio ad nostram l. regiam in hac parte, quam etiam sequitur Azeued. in hac l. 250.

10. Secundò ampliatur nostrae l. dispositio, vt procedat etiam in Nobili aduersus Nobilem huiusmodi conuitia dicente, cum lex nostra generaliter & indistinctè loquatur in Hidalgo conuitiante, nec distinguit contra quem conuitium exprouerit: & praeterea expendo pro hac parte verba eiusdem nostrae l. 2. ibi: y de mas desto el juez le ponga la mas pena que le pareciere, segun la qualidad de las personas, &c. ergo loquitur contra personam etiam qualificatam. Nam licet priuilegiatus non vtatur priuilegio contra panter priuilegiatum l. sed & milites, ff. de excusat. iuribus tutorum l. verum, §. item queritur, ff. de minoribus & in authentica. de sanctiss. Episcopis, §. sed & hoc praesenti collectione 9. tradit alios allegans & bene declaratans Didac. in practic. quibus cap. 7. num. 4.

11. Hoc tamen non procedit, quando aequè priuilegium habens certat de damno euitando l. verum, §. fin. ff. de minor. Bart. in authent. quas actiones, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, Angel. in §. rures, Cod. de instituta de action. Item non procedit d. regula quando vnus est priuilegiatus in specie, alter vero in genere, vt hic, secundum Bart. in l. fin. ff. ex quibus caus. maior. & in authent. quas actiones, num. 3. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis. & ibi Iafon. nam. 10. & est commune, vt constat ex Azeued. in hac l. 2. num. 242. & dicemus infra.

Ergo cum hic Nobilis reus cetter de damno euitando, etiam aduersus alium Nobilem hoc

priuilegio fungetur, hocque iure vitumur, vt in terminis probat & asserit Parlad. vbi supra, n. 27. & 28. & sequitur late probans Azeued. hic n. 240. cum segg.

Sed contra hanc ampliationem obest, quod 15 vtique Nobilis in proposito agit de damno euitando, Nobilis offensor, ne contra proprium honorem palinodiam canat, Nobilis offensus quoque, quia agit de fama & honore amissis recuperandis, atque ideo cessare videtur ratio communis, quae in dicta l. §. verum, §. penultimo, admittit priuilegium contra priuilegium, ex eo nempe quod actor agit de damno euitando, reus vero de lucro caprando, quafi ex hoc in nostra specie in contrarium argumentemur, cum reus ipse in nostra specie itidem agat de damno euitando, vt optimè perpendit (quamuis aliud agens) Didacus vbi supra, in versiculo secundo: & fuit prius haec doctrina Bart. in d. authent. quas actiones, num. 3. Ancharan. in cap. audis in fin. de restit. in integr. sequitur plures referens Sfortia Oddo de restitutione in integr. 1. part. quaest. 18. art. 4. num. 33.

Hinc est, vt minor non restituatur, aduersus 16 alium minorem, quando vtique agit de damno euitando l. verum, §. fin. ff. de minor. & tenet indubitanter Bald. & alij Doctores, eaque communis conclusio & verior, vt plures referens asserit Sfortia Oddo, vbi supra, artic. 5. num. 35. versiculo, breuiter, ibi, sed tamen, vbi num. 37. cum sequenti, exemplificat ex omnibus Doctoribus ferè communiter, in eo casu, quo minor mutauit pecuniam minori, quam ille ludendo perdidit, vt in specie ponit Anton. de Butrio in dicto cap. audis in fin. de restit. in integr.

Nihilominus tamen quoad speciem nostrae 17 l. de qua agimus, haec locum habere non videntur: sed potius standum generalitati nostrae l. praecipue cum firmus in pœnalibus, & agatur de mitiori pena Nobili imponenda pro conuitio, & sic fauore rei, & abolutionis, nec ex hoc remanere debet Nobilis reus impunitus, sed aliis sufficienter puniri debeat vt in nostra l. commutabitur: igitur pena contradictionis in aliam diuersam arbitrio iudicis, pensatis qualitate personatum & conuitij illati, vt praecipit nostra lex quae dum sanciuir, quae el hidalgo no sea condenado a que se desdiga por los dichos denuestos, si los dixere, nos respexit ad qualitatem offensis, etiam si esset Nobilis quoad penam contradictionis, quae Nobili imponenda minime est: quandoquidem praecipit, vt eius qualitas attendatur, quoad aliam penam imponendam Nobili, sed ad nobilitatem iniuriantis, ne quid foedum ei inferretur, si palinodiam caneret, & sic ob infamiam quae aliis ei irrogaretur euitandam, actor siquidem hoc casu eam non incurrit: sicque licet vtique agat de damno euitando, reus habet priuilegium in specie, vt in nostra lege non sit actor, sed in genere, §. nimitum ergo, §. praefaturus is, 18 qui habet priuilegium in specie habenti in genere, vt docet Bart. in dicta authentica, quas actiones, quem omnes ad hoc allegant, etique communis theoria, vt praeter supradictos cum aliis testatur Sfortia vbi supra, d. art. 4. num. 34. licet contrarium in hoc videatur defendere pulchris rationibus Gometius in §. Rursus, n. 27. versiculo, sed aduerse instituta de action. Quinimo nulla lege regia cauetur, quod Nobilis iniurias Nobilem incidat in penam nostrae l. regiae, nempe canendi palinodiam: ergo standum est regale C c 4 ipsius,

19 ipfius, q̄ is enim, qui habet regulam pro fe habet intentionem fuam fundatam, nifi exceptio doceatur, iuxta gloffam communiter approbatam in l. omnis diffinitio, ff. de regulis iur. fecundum D. Conar. lib. 2. variar. refol. 6. 12. n. 4. gloff. etiam in rubrica de regul. iur. in 6. & in l. his, que contra, ff. de legib. & ibi Paul. de Caltro num. 1. Dec. in l. 1. num. 6. ff. de regulis iur. l. al. in l. cetera in principio. n. 3. & 4. ff. de leg. 1. Roland. à Valle conf. 15. num. 18. lib. 1.

20 Tertia declaratio, fiue ampliatio noſtræ l. eſt quod in eius ſpecie non requiritur plena nobilitatis probatio, quæ requiritur, cum principaliter de ipſa nobilitate agitur, ſed ſatis erit, nobilitatem per communem opinionem, ſeu eſtimationem probati, vt in terminis, tenet Parlad. vbi ſupra, d. lib. 1. cap. 17. num. 29. ductus auctoritate Otalora de nobilit. 3. part. principio, cap. 8. num. 11. dicentis, quod quando incidenter & acceſſorie deducitur in iudicio nobilitas, p̄ta ad euitandam torturam, carcerem, vel ad habitandam perſonam ad aliquod officium, vel nobilitatem non exigitur tam perfecta & qualificata probatio nobilitatis, qualis ad tributorum immunitatem, ſed ſufficit deſcriptio teſtium de communi opinione & reputatione nobilitatis cum aliquibus circumſtantis, & cum debita ratione, & quod ira ad huiusmodi effectum admittitur talis probatio à iudicibus quotidie, idemque ibi iure probat, eſtque veriffimum, & voluit etiam Padill. in l. ſi adibus, num. 8. & 9. C. de ſeruis. & aqua, & in terminis idem Otalora expreſſius hoc probat in ſeruis, in verſiculo, item quia, nempe quando agitur de euitanda tortura, vel pœna corporali ad cuius excluſionem quælibet æquitas admittitur, vt in l. ſancimus, & in l. interpretatione, ff. de pœn. præponderat enim fauor perſonæ & æquitatis, quamuis alias, videretur maiorem exigi probationem nobilitatis ad conſequendam executionem pœnæ corporalis, quàm ad immunitatem tributorum, cum illud præferatur omni rerum eſtimationi l. ſin. de ſacroſanctis Eccleſiis, & in l. in ſeruorum, ff. de pœn.

21 Quartò obſeruandum erit, mulierem ignobilem Nobili viro nuptam minimè tenet palinodiam canere verborum, quæ ex contentis in hac l. 2. animo iniuriandi in alterum obiecit: vxor ſiquidem priuilegiis & prærogatiuis mariti gaudet l. mulieres, C. de dignit. lib. 12. l. ſamina, ff. de ſenat. l. ſi libera. C. de nupt. necnon & nobilitate vbi, l. ſi quis. C. de natural. lib. 1. ¶ Idemque probandum erit in vidua Nobili viduitate durante & caſtitate ſeruante ex text. in aurbent. de nupt. §. non tantum permittimus collectione 4. l. filij, §. vidual. ff. ad municip. l. 7. tit. 2. part. 4. ibi, y am à orra fuerça, & alibi ſæpiſſimè in legis huius regni, & tradit Otalora de nobilit. 5. part. §. vltim. num. 5. verſiculo, item propter, & in 4. cap. 7. num. 3. Palacius Rub. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 3. num. 7. cum ſequentibus, plura congerit Tiraq. de nobilit. cap. 18. num. 1. cum ſequentibus, & Didac. Perez in l. 1. gloſſa 1. col. 58. verſic. vxor etiam tit. 3. lib. 1. ordinam. & iterum in l. 6. col. 1373. in gloſſa, oro ſi las mugeres, cit. 2. lib. 4. ordinament. Padilla in l. voluntas ſub num. 5. C. de fideicommiſſis, ex quibus in terminis noſtræ l. quod prædictum eſt probauit Auiles in præm. circa prætor. num. 20. Azueed. hic num. 102. poſt Plaç. 1. tom. de delict. cap. 1. num. 23. verſiculo, hinc ex eodem fonte. Parlador. vbi ſupra, num. 30. ¶ Quod limitat Plaç. vbi ſupra, in vidua ignobili quæ nupta fuit Nobili & poſtea cum alio inferioris condi-

tionis contraxit, vel ſi luxurioſam vitam ageret ex d. l. 6. ibi: y manutener deſpues caſſidad, tit. 2. lib. 4. ordinament.

Extendò ipſe hanc quartam obſeruationem in 24 vxore illius, qui fuit nobilis ex priuilegio, cum ipſa gaudeat huiusmodi viri nobilitate ſecundum Otalora. d. 4. part. cap. 7. quem refert & ſequitur Didac. Perez vbi ſupra, d. col. 1373. & Padill. vbi ſupra, in verſiculo, quod non ſolum eſt, quæ pro hac opinione l. 13. tit. 4. ordinam. & ibi Perez in gloſſa à las mugeres, ergo cum Nobilis ex priuilegio hanc quoque prærogatiuam habeat, vt Nobilis ſanguine, ſicut etiam & cæteras, vt conſtat ex verbis priuilegij & lex noſtra generaliter loquitur, in el hijodalgo, & non addit ſanguine, cuius priuilegia habet Nobilis ex priuilegio, vxor eius gaudere debet eodem priuilegio, ſicut vxor Nobilis ſanguine: quinimo hoc etiam procederet licet l. noſtra loqueretur reſtrictè in Nobili ſanguine, cum Rex poſſit plebeum Nobilem priuilegio efficere, eique tribuere omnia priuilegia Nobilibus ſanguine ſuis legibus conceſſa, provt ſuo priuilegio concedit.

Quintò illud ſilentio prætereundum non eſt, quod cum Doctores & Licentiaſi ſunt Nobiles, vel ſaltem eis competat priuilegia conceſſa Nobilibus, vt probauimus lib. 1. practic. quaſt. 2. & latè Auiles ſtatim citandus, ſi Doctòr aliquod ex conuictis in noſtra l. regia ſecunda in alterum animo iniuriandi dixerit, vel eius vxor, minimè tantquam Nobilis tenebitur palinodiam canere, nec hac pœna erit condemnandus, ſed alia iuxta noſtram l. dum in Nobilibus loquitur, ita in terminis probat Auiles, vbi ſupra, num. 27. quem refert & ſequitur Petrus Plaç. vbi ſupra, d. num. 25. verſiculo, hinc etiam, & loquitur etiam latè probans Azueed. in hac l. 2. num. 120. cum pluribus ſequentibus, ¶ vbi declarat vt procedat in Doctòribus graduatis in quacumque vniuerſitate approbata, licet actu non legant, nec aduocent, & in eorum vxoribus & filiis: item in Licentiaſi, & Baccalaureo actu legentibus, vel aduocantibus & in eorum vxoribus tantum.

S V M M A R I V M.

- 1 Mulier Nobilis nupta plebeio inſurians aliquem verbis maioribus legis regie, an teneatur canere palinodiam? & numeris ſequentibus, præcipue num. 8. cum ſequentibus.
- 2 Mulier ſequi debet mariti conditionem etiam vidua, num. 3.
- 3 Mulier Nobilis nupta viro ignobili debet contribuere in tribus regiis. Vidua tamen ſecus, niſi alteri ignobili nubat, num. 4. vide etiam num. 15.
- 5 Mulier nupta in mariti familiam tranſiit, & ita non gaudet priuilegio paternæ domus conceſſis, ſed contra num. 10. & 11.
- 6 Qualitas accidentalis, quam mulier à marito habet, attendenda eſt.
- 7 Mulier ignobilis viro Nobili nupta, eius nobilitate potiri debet, ac proinde non tenetur canere palinodiam.
- 9 Nobilitas naturalis ſanguinis nunquam mutatur, nec perditur.
- 12 Mulier Nobilis nupta plebeio, vel forenſis nupta cui quoad pœnas malefactorum, an erit popularis, vel forenſis?

- 13 Mulier quoad que efficiatur de domicilio viri.
- 14 Mulier nupta in loco domicilij & etiam originis poteſt conueniri ſi ibi inueniatur.
- 16 Mulier que conſequitur ex mariti perſona, non ſunt tanti momenti, ac ponderis, ſicut ea, quæ ex genere proueniunt eidem.
- 17 Dignitas à marito promouens, mulieri facilius amittitur.
- 18 Facilius amittuntur, quæ ex perſona aliena habentur, quàm quæ ex perſona propria nobis competunt.

De muliere nobili plebeio nupta, an debeat canere palinodiam?

Q V A S T I O C X X X I V.

1 **Q**UÆRO modo non inconcinnè, quod ſi mulier nobilis, hoc eſt ſidalga plebeio nupta conuicta, de quibus in hac l. regia ſecunda proferat in alterum, an habeat contra eam locum pœna ordinaria huius l. eaque ſit plectenda, necne? & prima quidem facie indubia videretur pars affirmatiua, ¶ cum mulier ſequi debeat mariti conditionem l. cum te, l. vltim. ibi, & ſentiat eius fulgorem, C. de nupt. l. vltima, C. de incollibio, l. mulieres, C. de dignit. lib. 12. aurbent. de conſulib. §. hæc itaque l. ſemina, ff. de ſenat. & perdit ſplendorem generis, que nubis minoris l. ingenua, C. de nupt. lib. 1. & adhuc, vidua mariti conditione potiri debet Bart. & Fulgoſ. in l. vltim. Cod. de verb. ſignific. text. in authentica de nupt. §. non ſolum l. de emancipatis, Cod. de legiti. hered. gloſſa in l. iubemus, Cod. de erogat. milit. ann. lib. 12. l. 7. tit. 2. part. 4. l. 9. tit. 11. lib. 2. noua collect. regia, 4 ibi: ſi la muger hijodalgo caſare con hombre que no ſea hidalgo mandamos que peche mientra viuieren ſu marido pero ſi mueriere el marido, deſpues de ſu muerter goze, como hijodalgo, ſaluo, ſi caſare otra vez con hombre que no ſea hidalgo: Palat. Rub. in repet. rubrica de donat. inter vir. & vxorem, §. 32. incip. ſed propter, num. 4. Padilla in l. 1. num. 5. in princip. C. de iur. & facti ignor. vbi quod lex regia videtur in hoc deſumpta à l. ſamina, ff. de ſenat. dixi conſil. 3. num. 7.

5 Denique quod mulier nupta, cum in mariti familiam tranſierit, non poteſt amplius admitti ad priuilegia paternæ domus conceſſa, vt docet Bart. in l. quoties, num. 2. cap. de priuileg. ſchol. lib. vbi loquitur in priuilegio alicui conceſſo pro fe & omnibus deſcendentibus tam masculis, quàm feminis, quoniam filia nupta iam non eſt de familia patris, ſed mariti, quæ doctrina eſt communis, vt pluribus allegatis teſtatur Padilla in diſt. l. voluntas, num. 4. Cod. de ſideicommiſſis, dixi diſt. conſil. 3. num. 6. ¶ Qualitas namque accidentalis, quam mulier à marito habet attendenda eſt, veluti poſterior l. 1. §. veſtias, ff. de poſtulat. l. ſeruos inſtituta de rerum diuiſione.

Sed maritus eſt plebeius, ergo mulier eiſdem conditionis in hoc reputari debet.

7 Hinc eſt, vt per contrarium mulier plebeia nupta viro nobili, eius nobilitate potiri debeat, ac proinde canere palinodiam non teneatur, ſi præd. conuicta protulerit, vt obſeruauimus in quaſtione precedenti, & in terminis hanc ſententiam tenet Parlador. lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 17. num. 30. & Salazar de uſu. & conſuet. cap. 1. num. 85. & 89. & hos re-

ferens D. Pichard. in l. 3. & 7. Cod. de nupt. lib. 11. num. 46.

His tamen omnibus non obſtantibus, contra ſententia in quaſtione propoſita mihi verior videtur, neque in praxi tenenda, quæ etiam benignior eſt, imò quod mulier nobilis genere nupta viro ignobili, licet conditionem mariti ſequatur, quoad tributa, quia ita in fauorem ſiſci deſicium extat iure regio: nihilominus quoad cætera priuilegia nobilitati conceſſa, & præcipue ad excuſandam penam contradictionis, quæ eſt corporalis, non amittat propriam nobilitatem, ſicque minimè teneatur canere palinodiam pro conuicta à ſe in alterum illato.

Nobilitas namque naturalis ſanguinis nunquam mutatur, nec perditur, Tiraquel. de nobilit. quaſt. 25. num. 5. & quaſt. 35. per totam, probat latè Ioan. Garl. de nobilit. gloſſ. 7. num. 17. diximus lib. 3. practic. quaſt. 13. num. 93. vbi num. 94. latè probauimus, quod nobilitas à maioribus in poſteros deriuata perſonam comitatur, & velut hæreditas in ipſos deſcendit, & iterum quaſt. 17. & 18. num. 191. quod nobilitas, quæ prouenit à maioribus eſt vera nobilitas, perpetua & generalis, nunquamque loco dimouetur: ergo, licet mulier nupta in mariti familiam tranſeat, eiſque priuilegiis fruatur, ſua tamen nobilitate vera ſanguinis à maioribus ſibi proueniente, quæ inhæret eius oſſibus, ac proinde perpetua eſt, nec eius priuilegiis priuati poteſt, nec eam perdere, cum ſit quid naturale, quod renouari non poteſt, etiam à volente l. ſu agnationis, ff. de palis, l. iura ſanguinis, ff. de regulis iuris.

Quo ſit vt merito contra doctrinam Bart. & 10 communem ſupra in contrarium adductam, nempe in d. l. quoties, num. 2. tenuerit Alexand. in l. cum quadam puella, num. 14. ff. de iur. diſt. omn. ind. & Corneus conſilio 177. circa quod eſt primò aduertendum num. 7. verſic. ultra prædicta volumine 4. Dec. in l. 2. num. 84. ff. de reg. iur. vbi n. 85. inquit quod Bart. in d. l. quoties, non dicit iſtud, ad quod allegatur, & quod veriffima conſulio videretur, quod filia nupta gaudeat priuilegio dato patri ſuo & filiabus: quia licet mulier nupta ſit, remanet tamen in poſſeſſate patris, & retinet originem & familiam patris, vt notat idem Bart. in l. ſin. §. penultim. ff. ad municipat. contra Bart. etiam in d. l. quoties, num. 2. tenet Felin. in cap. ſuper el ſegundo, num. 2. de reſtit. necnon & Tiraquel. licet non ſatis pedes firmet in l. 1. conubial. num. 32. cum ſequenti, Curt. Iun. in d. l. cum quadam puella, num. 6. & quod filia nupta dicatur de familia & agnatione patris, non mariti, tenet etiam Carol. Ruynus conſil. 24. num. 3. & 12. volumine 2. & in alijs pluribus locis, & Peregr. alios allegans de fideicommiſſis, art. 14. num. 37. fol. 133.

Denique licet opinio communis Bart. in d. l. quoties, ſit tenenda: nihilominus nobis in propoſito non contradicit, quia loquitur in priuilegio conceſſo familiæ paternæ, quo non poteſt gaudere mulier nupta extra prædictam familiam, quia tranſiit per matrimonium in familiam viri ſui: at hic nos non agimus de priuilegio conceſſo: & ſic daturus. Sed de naturali ſanguine & nobilitate à maioribus deſcendente & ſic natura, quæ à muliere etiam nupta auferri, nec eradicari poteſt, quate eius effectibus & priuilegijs ſui debet: ſecus verò erit in nobilitate ex priuilegio conceſſa paternæ familiæ, in ea namque rectè procedit doctrina Bart. communiter approbata,

approbata, de qua supra, scilicet, ut filix per matrimonium extra familiam paternam nupte minime competat, sed fortiaur conditionem mariti, cui nuptimobilitas enim dativa amitti potest per matrimonium sicut, & per exercitium artis vilis, ut probauimus alibi: quia facilius pereunt ea, quae iure speciali competunt, quam quae sunt iuris communis, vt in l. eum militis, §. militis, missus, ff. de milit. resham.

12 Domique in terminis nostrae quaestiones adduco optimam & autem doctrinam Baldi in dist. l. cum quadam puella, num. 1. ff. de iurisdic. omn. iudic. vbi quaerit, an mulier nobilis nupta populari, quoad poenas malefactorum erit popularis: vel forensis nupta ciui, hic enim reperiuntur duae qualitates in eadem persona: qualitas, scilicet, naturalis, & qualitas accidentalis, seu qualitas natia, & qualitas datia: & arguens ad partes resoluat: quod aut ratio statuti ponderat naturam, aut accidens: aut dabitur, s. ponderat naturam: inspiciam, inquit Bald. qualitate originis: si ponderat accidens, inspiciam qualitate accidentalem: si dabitur, inspiciam qualitate magis fauorabilem: sed lex nostra regia 2. ponderat nobilitatem, & sic qualitate naturalem, vt patet ibi: *si fuere hijodalgo et que dixere los dichos dennessos no sea condenado a que se desaga por ello*: ergo habemus intentum, non enim respicit accidens, hoc matrimonium, quia de eo nulla fit mentio in nostra l. sed tantum nobilitatem indistincte: ergo cum haec mulier nupta, sit nobilis sanguine in rei veritate, & verbum illud fuere, nostrae l. denoret substantiam quae reperitur in muliere nupta, licet populari & profecto conuenit dispositio nostrae l. quia vbi verba legis conueniunt, ibi eius dispositio locum habet l. 4. §. toties cum similibus, ff. de damn. infect. tandem si essemus in dubio (quod non est ita) virum lex nostra ponderaret, vnam, vel alteram qualitate, magis fauorabilem sequi deberemus, quae est naturalis nobilitatis sanguinis, quae magis fauet delinquenti, quam accidentalis matrimonij.

13 Tandem & si per contrarium matrimonij, domicilium praecedens, etiam si sit originis mutetur, vt in d. l. cum quadam puella, quia mulier efficitur de domicilio viri, id tamen intelligitur, atque procedit, quoad ea tantum, propter quae mulier subtraheretur ab officio viri l. fin. §. item rescripserunt, ff. ad municip. & ibi Bald. Alexand. in d. l. cum quadam puella, num. 4. alios allegans & ibi Ioan. Oroscius num. 13. vbi quod aliis originis domicilium non mutat per l. assumptio, ff. ad municip. Batt. in d. §. idem rescripserunt, Socin. in d. l. cum quadam puella, num. 6. §. Hinc est, quod mulier nupta in loco domicilij & etiam originis conueniri possit, si ibi inueniatur, quia per hoc non subtrahitur a seruitio viri, vt in d. l. de lege assumptio, §. 1. iuncta lege haeres absens in principio, ff. de iudic. tenet Bartol. in dicta lege assumptio, §. 1. & magis communiter Doctores, secundum Alexand. in d. l. cum quadam puella, num. 5. ergo iure optimo, quoad poenas malefactorum dicendum est, mulierem nobilem nuptam ignobili, non amittere qualitate suam natiam nobilitatis, cum per hoc non solum non abstrahatur ab officio & seruitio viri, sed imò verque coniux honorificentius viuat, matrimonium conferuetur: itaque, vt ex superioribus patet, mutatio illa fori & caetera, quae in proposito per matrimonium contingunt respiciunt fauorem matrimonij & simultaneam cohabitationem, vnde per contrarium quae huic fini non

contradiunt, sed imò potius eum decorant, atque melius conseruant, minime tolluntur, nec mutantur, vt contingit in nostro proposito: Quare merito hanc nositam sententiam in terminis nostrae l. regis, ex dicta doctrina Bald. probat & defendit Petrus Plaça 1. tom. delict. cap. 1. num. 16. quamuis eam non sic elucidet, nec comprobet, & D. Azeued. in l. 9. tit. 1. sub num. 7. lib. 1. & in hac l. 2. num. 103. & 104. Modo non obstant argumenta contraria supra posita, quoniam iam ex superioribus sunt diluta §. & praeter ea procedunt, quoad tributa & onera fiscalia, quae appellantur munera; haec namque soluet mulier nobilis nupta ignobili, vt in legibus regis, personalia in loco mariti, patrimonialia in loco vbi ea percipit, & fructus recipit, vt in l. 1. Cod. de annon. & trib. & in l. eum neque, Cod. de incol. & in l. 1. Cod. de muner. & in quo loc. lib. 10. ita Bald. in dicta l. cum quadam puella, num. 1. in versiculo, & praedicta sunt vera: caeterum, quoad reliquos effectus nobilitatis natiae, atque naturalis, qui minime contradicunt matrimonio, & simultaneae cohabitationis vtriusque coniugis, mulier ipsa immutata est, atque illa per matrimonium.

Similiter non obest altera ratio, nempe inspicendam esse qualitate accidentalem, quam mulier a marito habet veluti posterioriorem vt supra, quia iam est responsum vno modo: §. Secundo respondemus ea, quae ex persona viri consequitur mulier, non esse tanti momenti, ac ponderis, quam ea, quae ex genere proueniunt eidem ex Bart. loquente in dignitate, quam vxor ex marito nanciscitur in l. quod Principi ad fin. ff. de leg. 2. ex l. 1. & 2. ff. de officio pro consul. §. legat. §. & haec dignitas à natio proueniens facilius amittitur ex l. famina & ibi glossa vltima & Bald. ff. de senat. ex quo notat fortiora esse iura paterna, quam mariti, Ioan. de Platea idem professus in l. 1. post princip. Cod. de dignit. lib. 12. §. Denique facilius amittuntur, quae ex aliorum persona, quam quae ex nostra habemus Bart. in l. que in bello, ff. de capt. & postlim. reuerf. quae pro reponitione dicti fundamenti congerit & sequitur Plaça vbi supra, d. num. 26. versic. nec obstant.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus infamans aliquem verbis maioribus de quibus in l. regia, an teneatur canere palinodiam? & numeris sequentibus per totam quaestione praecipue, num. 11. & seqq.
- 2 Deficiente iure Canonico recurrendum est ad ius commune, & consuetudinem regni, non autem ad iura Imperatorum, & num. 7. cum sequentibus.
- 3 Appellatione iuris venit ius regni, & num. 4. §. & seqq.
- 10 Lex fundata super ratione naturali potest seruari per iudicem Ecclesiasticum.
- 11 Infamans alterum falso, & iniuste tenetur ei restituere famam consistendo se falsum dixisse.
- 13 Privilegium militiae secularis extenditur ad militiae caelestis militiae & num. 14.
- 15 Clerici in minoribus constituti, vel qui altari, vel Ecclesiae proprio ministerio seruiunt, an canere palinodiam teneantur, & num. 23. cum sequentibus.

- 16 Quanta differentia est inter Solem, & Lunam, tanta est, aut certe maior inter Imperium, & Sacerdotium.
- 17 Clericalis ordo nobilitat, & est dignitas, & honor, vt in num. 18. & est maior omni alio honore, vt in num. 19.
- 20 Sacerdotium est regale genus.
- 21 Clericus iniuriam passo sine iniuria clericali factu facere debet.
- 23 Condemnatus alicui iniuriarum iure communi infamis efficitur, etiamsi iniuria sit leuis, & num. 24.

De Clerico infamante alium verbis maioribus, an teneatur canere palinodiam?

Q V A E S T I O C X X X V .

1 V A R O vltreius an Clericus infamans alterum verbis in hac nostra l. regia 2. contentis debeat condemnari, vt coram iudice & bonis viris canat palinodiam, sicut laicus, vt in nostra l.

Quaestio profecto est triualis, necessaria teneatur in praxi, idem eam omittendam non duxi.

In hac quaestione primus & antesignanus fuit praeful doctissimus Bernard. Diaz de Lugo Episcopus Calagurritan. meritisissimus: is namque in sua praeterea crimin. canonica cap. 66. num. 6. & 7. in noua impressione anno 1587. Compluti facta credit, quod in his Regnis Castelle, & Legionis possit Clericus huiusmodi condemnari ad petitionem offensi, vt in praesentia iudicis & bonorum hominum dicat se mentitum fuisse, cum ita cautum sit, & seruari soleat in laicis per l. 2. tit. 3. lib. 4. for. (adde tu l. nostram hanc secundam) idque sequentibus probat fundamentis.

Primo, quod si illa l. fori & nostra non comprehendat Clericos: attamen ex equitate quadam videtur, quod iudex Ecclesiasticus possit imitari illam, cuius arbitrio Pala in hoc casu est relicta, praecipue attenda doctrina Palatij Rubij in repetitione rubrica de donat. inter virum & uxorem, statim in introductione num. 8. cum seqq. & num. 15. vbi post Didac. de Villadieg. in cap. constitutus de restitutione in integr. chart. 7. versic. ego autem teno.

2 Quod deficiente iure Canonico recurrendum est ad ius commune & consuetudinem Regni, non autem ad iura Imperatorum, vel Iuriconsultorum: ius autem commune quoad hoc in his Regnis, intelligit iura & consuetudinem Regni, quae ius commune appellantur, vt in cap. cum a nobis de reffib. & ibi Abb. idem Palat. Rub. in l. 1. Taur. num. 8. idem Bernard. cap. 144. n. 4. & Plaça de delict. 1. tom. cap. 1. num. 24.

3 Vnde si, Rex noster, vel alius mentionem fecerit de iure, appellatione illa iuris venit ius sui Regni, vt probat in priori loco Palat. Rub. n. 9. & quod ius Regium sit ius commune, tenet etiam Segura in l. repetitione l. coharedi, §. cum filia, num. 19. ff. de vulg. & pupill. substitutione probat l. 5. tit. 4. lib. 1. ordinamenti veteris & l. 4. tit. 12. eodem lib. ibi, de los derechos communes de nuefros Reynos, & l. 2. Taur. ibi, pues por ellas, y no por otras ban de juzgar, & ibi D. Castill. & caeteri: & vtrunque latissime iure probat &

sequitur Didacus Perez in quaestione 3. proem. per totam, super 1. parte. legum ordinamenti regij: vbi citat Palat. Rub. & Bernard. Diaz vbi supra, sequitur etiam Ignat. Salzed. ad Bernard. Diaz, sequitur etiam Ignat. C. Olano in concordia vtriusque iuris, praefatione & latissime Salon de Paz in l. 1. Taur. num. 587. cum sequentibus, vbi quod ius regium, est ius commune, & quod ex eo iudicandum sit, deficiente iure Canonico ibi n. 190. cum seqq. §. Leges namque partitarum ex Sanctorum patrum, ac Sapientium, iurisque antiquis, Hispanorum consuetudinibus originem acceperunt l. 2. tit. 1. part. 1. vbi etiam, quod ex iure naturali, gentiumque ac Sapientium documentis, dictae saepe partitarum leges ortae fuerunt: l. 1. Tauri, ibi: por que fueren sacadas, &c. & ibi Salon de Paz n. 368. & per contrarium, quamplures leges iuris ciuilibus & dictae fuerunt à paganis, & hostibus Christianae religionis, vt per Salon ibi, num. 512.

Secundo, quoniam & si praepositus in cap. con. s. fuerudo 1. distinctione col. 3. num. 7. versic. adde etiam: & Petrus de Rabena in alphabet. aureo fol. 163. col. 4. versic. mala consuetudo, & Roch. de Curt. de consuet. sectione 4. num. 60. teneant deficiente iure Canonico recurrendum esse per iudicem Ecclesiasticum ad ius ciuile, non autem ad municipale.

Attamen secundum eundem Praeposit. vbi supra, deficiente iure Canonico & ciuili recurrendum est ad ius municipale, vel ad particularem loci consuetudinem, vt accidit in casu nostro in quo leges ciuiles deficiunt, nihil proidentibus in hoc casu, provt est specialiter per nostram l. regiam, ergo eam seruari potest, & debet iudex aduersus clericum maledicum huiusmodi.

Sed melius dixisset Bernard. Diaz, ius regium esse ius commune, & non municipale, vt probauimus & in terminis affirmat Didacus Perez vbi supra, ibi: item leges Castelle & Hispaniae sunt ius commune & non municipale, ergo ad ipsum est recurrendum, non vero ad leges Imperatorias Romanorum, §. quae apud nos non dicantur iura, sed dicta sapientium: quae deficiente lege sequi possumus, & in iudiciis possunt allegari, quatenus ratione inuuantur, & confirmantur iure regio, quod ita in allegationibus tam Ecclesiasticis, quam secularibus seruat, Praeposit. in cap. si in adiutorium colum. 2. numero quarto, distinctione 10. l. 1. Tauri, ibi: empero bien queremos y sufrimos que los libros de los derechos, & alios allegat ibi Salon num. 513. & 519. & 548. Didacus Perez vbi supra, in versiculo, quia etiam compilata à Iustiniano: & alios plures citans Ignat. vbi supra, vbi refert Oldradum consilio 69. scribentem Hispanos olim constituisse, quod quicunque leges Caesareas in iudicio allegaret, capite puniretur, & alios auctores idem commemorantes & Salon de Paz in l. 1. Taur. num. 513. §. qui tamen 9 num. 510. cum pluribus sequentibus, verius & probabilius esse censet, vt legibus regis deficientibus, seu fori regij, aut municipalis legibus vsu roboratis in his Regnis, legibus iuris ciuilibus in temporalibus, profanisque causis iudicandum sit & quod hoc praxis admittit, regibus nostris patientibus & etiam in supremo Caesaris consilio singulis custoditur diebus & aliis regis Praetoriis: quibus & iuris ciuilibus iura tam à iudicibus quam à causarum patronis plerumque allegantur & quod ita post dict. l. 1. Taur. interpretatum est, quare haec sententia obtinere debet.

bet, ut ibi, quampluribus probat iuridicis fundamentis.

10 Tertiò nihilominus opinio supra Bernardi Diaz principalis comprobatur ab eodem auctore ex doctrina Abbatis in *cap. Ecclesia Sancta Maria, de constitutione col. 5.* tenentis, quod ubi lex esset fundata super ratione naturali, potest iudex Ecclesie illam seruare, non ratione legis, sed ratione naturali: sed quis dubitat iustum esse, atque rationi naturali congruum, ut Clericus qui falsum crimen alicui imposuit, ex quo læsa est eius fama, dicat se mentitum fuisse, ut quod hoc fama illi restituatur, cum ad hoc, ut Christianus teneatur, & ad id à confessorio, etiam non petente offenso compellendus sit? quod tamen procedere posse affirmat Bernard. quando conuictum esset falsum, nec tunc ex eo: hanc satisfactionem resultandam esse, quod videatur Clericus ex ea infamem remanere: cum iam ex ipsa condemnatione talis infamis remaneat, etiam si non damnetur ad verborum retractationem, nec enim iudex, ut plus liciniuranti, crudelis debet esse iniuriato: qui tali modo honoris suo satisfieri petit, cum alias, sine prædicta retractatione semper crederent, aut saltem suspicarentur audientes verba iniuriosa cum prolata fuerint, illum dixisse verum, nisi cum se retractantem, & palinodiam decantantem audierint: hæc Bernard. *ubi supra.*

11 Sed & quarto eius præfata opinio comprobatur & fulcitur potest, ex doctrina D. Thomæ 2.2. *quæst. 62. artic. 2. ad secundum*, & cum eo communiter omnes transeunt: docentis, quod qui alterum falso & iniuste infamavit, tenetur e restitueret famam, confitendo se falsum dixisse. *1. 1. chiepiscope Florent. in sua Summa 2. p. c. 2. n. 3.* diximus latius supra *quæstione si super hac l. 2. & nostris idem probant Hostiens. in Summa de penis, §. quibus vers. quid de accusat. Auiles in proem. circa præter. num. 10. ad fin. Plaça de delictis. 1. tom. cap. 1. num. 27.*

12 His nihilo fecius non obstantibus contraria sententia imò quod Clericus conuictus, de quibus in hac nostra l. regia secunda, in alterum obiticiens, non debeat condemnari, nec sit plectendus pena nostræ l. nempe canendi palinodiam, sed alia competenti, abque eius infamia est longè verior, communis nostrorum & tenenda proculdubio in iudicando & consulendo sequentibus fundamentis.

13 Primò, quia Clericus ob tale crimen & iniuriam habet à iure Canonico penam statutam, ut veniam ab aduersario petere cogatur, ut habetur in Concilio Carthaginens. quarto, relato in *cap. Clericus maledicus 46. distinctione*, in hunc modum: *Clericus maledicus maxime in Sacerdotibus cogatur ad postulandum veniam: & si noluerit degradetur, nec unquam absque satisfactione ad officium reuocetur.*

14 Secundò, quoniam nedum ante nouam hanc legum collectionem, secundum magis receptam sententiam: sed etiam hodie, per nostram hanc Leuiticam expressam litteram, *fidalgus*, & sic Nobilibus sanguine, non est condemnandus in prædicta pena contradictionis, si forsan conuictus, de quibus in nostra l. alterum exprobauevit, ut latissime resoluiimus, supra, *quæstione ab hinc secunda per totam*: ergo nec Clericus, cum sit miles cælestis militie. ¶ Priuilegium namque militis secularis, ne conuictus, ultraque facere possit, deductis necessariis alimentis, extenditur ad militem cælestis militie iuxta glossam in *l. miles, consil.*

ff. de re iud. verbo, facere potest: nam quamuis Oldrad. & Alber. illius opinionio contradicant, nec seruati eam Paul. de Castr. affirmet, eam tamen sequitur ibi Barr. *num. 3.* & communem esse testantur idem sequenti Alexand. *ibi num. 3. Rip. num. 5. gloss. in cap. studeat 50. distinctio. Tiraquel. de nobilitate, cap. 9. num. 3.* est communis, secundum Palat. Bub. in *reper. rubrica, de donat. inter vir. & uxor. §. 17. num. 10.* & Guillerm. Mayner. in *lin omnibus causis id obseruatur, num. 13. ff. de reg. iur. Gomez. in princip. instituta de action. num. 65. Bellon. in rubrica insitut. de testam. num. 4. Didac. lib. 2. var. resol. cap. 1. num. 9. Plaça de delictis. 1. tom. cap. 1. num. 24. pag. 25. col. 2. in principio, & Ignar. de Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz in sua præf. crimin. Canonica cap. 66. littera C, sed quia communis hæc sententia, difficilis est: & multi contrarium verius esse existimant, ut sunt præcitati, necnon & Matfil. *notabil. 61.* debet secure intelligi, in his Clericis, qui vel sacris ordinibus sunt insigniti, vel altari, aut Ecclesie proprio ministerio seruiunt: non verò in his, qui tantum minoribus ordinibus decorantur, hi etenim: quantum ad præd. priuilegium pares censentur laicis & secularibus, secundum Didac. *ubi supra*, qui sic intelligit præd. communem sententiam.*

Ergo eodem modo Clericus saltem in sacris ordinibus constitutus, gaudere debet priuilegio nostræ l. 2. nobili concessio, nempe, *que non seã condemnado en la pena de desleziarse, aunque diga contra otra las palabras que en ello se continen*: effect sanè iniquum, quod miles secularis militie, hoc priuilegio fruetur, non verò miles cælestis militie, ¶ cum non solum huius dignitas illius superet, verum regale quoque vincat, *cap. duo sunt quippe 96. distinctione*, & quanta differentia est inter Solem & Lunam, tanta est aut certè minor inter Imperium & Sacerdotium, *cap. solita de maior. & obed.*

17 Tertiò, & denique, quia ordo clericalis nobilitat, secundum Hostiens. & Ioannem Andream in *cap. eo libentius, verb. militia*, & ibi quoque Agidius de Bellamer. in *primo notabil.* & Panormitan. in *fin. Petrus Ancharan. & Cardinal. Florent. post princip. de seru. non ordin. per text. ubi in verb. militia clericali*: & in *cap. ex parte B. ibi, de eo militans de corpor. uisitat. & in cap. Clericus, ubi militibus Ecclesia 50. distinctione*, sequitur Anton. Corfser. in *repetitione cap. grandis colum. 13. de supplend. neglig. prelat. lib. 6. & Alciat. in cap. cum non ab homine colum. 6. versic. 2. per istum textum de iudic. ubi inquit Clericos haberi pro Nobilibus: & quamuis textus supra allegati hoc non probent, cum de nobilitate nihil dicant, sed tantum de militia, & ei quidem non mundana, sed diuina & cælestis, ut bene aduertit Tiraquell. *de nobilit. cap. 9. num. 2.* atamen, secundum ipsum ibi, si ipsa mundana militia, quam armata vocamus, nobilitaret, posset dici, & ordinem clericalem, id est cælestem militiam nobilitate iuxta communem opinionem glossæ supra relata in *dist. l. miles, ff. de re iudic. eoque magis, cum militia non sit dignitas, ¶ ordo tamen sacerdotalis, atque clericalis dignitas sit & honor, ut in Laroec. Cod. de insursis, & in cap. denique in principio, & ibi glossa 4. distinctione, & in cap. reperitur 1. quæstione 1. & in cap. sedes de rescriptis. Lapsus allegatione 110. in ciuitate col. 15. in pars. versic. remouetur etiam, ¶ & talis quidem dignitas, quæ maior est omni alio honore seculari, secundum Barr. *consil.***

10 *consil. 180. si aliquis col. 2. versiculo præterea*: quem sequitur Iason. in *l. generaliter col. 2. ff. de in ius voc. ¶ Estque sacerdotium regale genus, Diuus Petrus 1. epistola cap. 2. sed nobilis præd. pena non venit plectendus, ut in nostra l. ergo nec Clericus in sacris.*

21 Quarto, & preterpote ultra cæteros pro hac veritate allego text. veluti expressum in *cap. contingit 36. in fin. de sententia excommunic. in illis verbis. Præmissis ut Clericus iniuriam passo sine iniuria clericali satisfaciatur competenter, quatenus inter eos pax valeat rationabiliter reformari.*

Et in terminis hanc secundam partem primus omnium tenuit Boer. *consil. 4. num. 40.* dicens, quod contra Clericum non potest agi ad emendam honorabilem, in *cap. capite quadragesime. & cap. clerico & ibi glossa, & Cardinal. Alexand. 50. distinctione & in cap. 1. & in cap. quæstum & ibi glossa Sicul. & Ballenzin, in 1. additione de penis. & remissis & tandem inquit Boer. quod ita de consuetud. & communi obseruantia curiæ Bituricæ obseruatur, eandem sententiam in terminis nostræ l. tenet & probat Didac. Perez in *l. 1. tit. 1. lib. 1. ordinam. in fine & latius idem in l. 25. tit. 3. eodem lib. col. 133. cum sequentibus & Padilla in l. 1. num. 9. C. de iuris & facti. ignor. dicens quod olim ita iam publice docuit pluribus auditoribus, quorum vnus ego fui: sequitur etiam Petrus Plaça in *1. tom. de delict. cap. 1. num. 14. & ista pars prædicatur, secundum eundem Didacum Perez in 2. tit. 9. lib. 8. ordin. pag. 230. ad fin. eandem probat Ignar. Salzed contra summ. eodem consilio cap. 66. littera C dicens Bernard Mar. haud falsè hallucinatum & quod hanc sententiam siquidem in controuersis forensibus receptari vidit, & quod primus omnium Salmantice publice olim legendo sequutus fuit insignis & magni nominis præceptor suus D. Guiterrius Diaz de Sandoval Noguerol. factorum Canonum professor primarius, quem ego cognoui sequitur etiam Parlad. *lib. 1. veram quotid. cap. 17. num. 31. & 21. & Azened. in hac l. 2. num. 5. & 23.* dicens quod hæc est recepta & communis & don Ioan. Vela de *pen. delict. c. 6. pag. 87. & nouissime Farinac. in 3. tom. sua præf. crimin. quæstione 105. num. 75. pag. mibi 346.* itaque proculdubio hæc est verissima & recepta sententia & omnino tenenda in clericis factis ordinibus insignitis, in quibus plerique ex supradictis loquuntur in his aures qui altari, vel Ecclesie proprio ministerio seruiunt sacris non initiatis idem videtur dicendum.***

22 Secus verò in aliis clericis, qui tantum minoribus sunt decorati, argumento auctæ distinctionis. Quia præcitate in suo casu, quæ in proposito nostræ speciei applicari potest, nempe in Clericis in minoribus constitutis, qui altari vel Ecclesie ministerio seruiunt, ut hi etiam gaudeant beneficio, *cap. Odoardus de solut. non verò reliqui, quam distinctionem in ea specie probauimus in nostro tractatu de iuramento confirmatorio 1. part. cap. 17. num. 10. & in materia, de qua hic agimus, rectè quoque procedere intelligimus.*

Reliquum est, ut respondeamus fundamentis contrariis pro prima opinione adductis, & quoad primum caput, nempe quod iudex Ecclesiasticus legem nostram ex æquitate quadam debeat imitari, retorqueretur in hunc modum argumentum, imò quod ex æquitate quadam, qua in *Præf. Criminalis.*

penis benignior est interpretatio facienda, iudex Ecclesiasticus penam nostræ l. sequi non debet, nec imitari.

Denique quod deficiente iure Canonico recurrendum sit ad ius regium etiam in foro Ecclesiastico potius, quam ad iura Imperatorum: verum quidem fatemur & communiter per nostrates receptum, cæterum contentidimus, imò affirmamus in nostra specie non deficere ius Canonicum cum habeamus Concilium Carthaginense expressum & textum iuris Canonici apertum decedentes, qua pena Clericus maledicus sit plectendus, de quibus supra in primo & quarto fundamento huius secundæ partis & in vltimo caueatur satisfaciendum est Clerico iniuriam passo sin autem in Clericali competenter, & cum hoc cessant scelera priori fundamento contrario superaddito.

Ad tertium respondemus, ipsum quidem procedere posse, respectu satisfactionis competentis, non tamen cum iniuria clericali, cum contrarium sit expresse pronum iure Canonico per text. in *d. cap. contingit in fine de sententia excommunic.*

Nec obstat replica Bernardi Diaz in contrarium facta, dicentis non esse referendam in hoc casu penam contradictionis ex eo, quod videntur illam satisfactionem facientem infamem effici, cum iam ex ipsa condemnatione, etiam non damnetur ad verborum retractationem, infamis remaneat, ¶ condemnatus enim actione iniuriarum de iure communi infamis efficitur, etiam si iniuria sit leuis, ut in *cap. cum se & ibi notat Abb. de re iudic. dicens procedere etiam in Clerico secundum vnum intellectum sine agatur criminaliter, sine ciuilitur, secundum glossam ibi, estque communis opinio ut fateatur ibi Felin. *num. 9. Corfset. in tractatu de minim. 2. part. vers. 26. & Iulium Clarum lib. 5. recepti. sentent. §. iniuria, vers. item condemnatus*: Olanus in *sua concord. iur. littera L. num. 9.* etque receptum inter Doctores, ut ultra prædictos affirmat Ignar. ad Bernardum *ubi supra littera C.* adducens pro hac communi sententia *l. 5. ibi, de oro aliqui yerro, & ibi Gregor. Lopez tit. 6. p. 7. & l. 5. tit. 9. eadem partia, ibi: & pronan deselo no carra en pena por onde se fin car. a infamado aquel que acusa: & inquit lapsos fuisse hæc in re Villalob. in suo arario communium opinionum in parte, iniuriarum actione, & Auendann. in suis dictionar. leg. reg. verbo, atrocet idem & eundem in tractatu de iniur. num. 18. aliud tenentes de iure communi, nempe quod condemnatus actione iniuriarum leui non incurat infamiam, quam opinionem tenere omnes Doctores affirmant Augustin. de Arimino, sed fallitur, secundum Iul. Clar. *ubi supra*, quia Doctores ab eo allegati, hoc non tenent, sed primam communem.**

Sed contra eam communem plerisque iuris interpretes tenere affirmat Petr. Greg. in *synagm. iur. vniuers. lib. 38. ca. 7. num. 2.* ubi ipse quoque tenentibus communem repugnat, nisi pena imposita in famiam habeat, fateatur tamen primam opinionem esse communem.

Iniquum tamen præd. Hispani iure regio per dictas leges partice condemnatum actione iniuriarum etiam leui esse infamem, quod expresse probare videtur d. l. 5. ibi, *de oro aliqui yerro, & ibi, de tuero que ouiesse fecho*, siquidem tuero, actionem iniuriarum significat *l. 1. tit. 9. part. 7.* comprobatur etiam Plaça *de delictis. l. 1. tom. 6. n. 22.*

D d ergo